UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLXXXVII. De his, quę competunt religiosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

nia peccata cõmittuntur ex contemptu ſuperbiæ. Frequentia tñ peccati diſpoſitiue inducit ad contemptum, ſecundum illud Prouerb. 18. Impius cũ in profundum uenerit peccatorum, contemnit.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæoctuageſimæſextę Articulum decimum.*

Sup. q. 184. art. 8. cor. fi. Et 4. diſt. 14. q. 1. art. 5. q. 3. ad 3.

IN artic. 10. eiuſdem 186. q. nota primo tu, q uota religionis, ad ſupererogationis bona putas extendi, literæ uerba in principio corporis articuli, & uel inde deprehende errorem tuũ, dum legis. ꝙ religioſus fornicando, cõtra caſtitatis uotum: & furãdo, cõtra paupertatis uotum agit, & non ſolum contra diuinum præceptum. Conſtat. n. furtum, & fornicationem uitare, non eſſe bonum ſupererogationis, ſed neceſsitatis.

Homi. 20. a medio.

¶ Nota ſecundo in reſpõſione ad tertium tu fauens religioſis, prælatos ſuos cõtemnentibus, & a ſuis regularibus obſeruantijs recedẽtibus, quãtũ criminis incurras, cum tales experiẽtia Augu. & iudicio diui Thomæ, & authoritate Hieremiæ, ſint peſsimi, & correptionis incapaces. Nam ſicut fauorẽ præſtãs religioſis, particeps eſt bonorum quæ ab ipſis fiunt: ita fautor malorũ, particeps eſt criminum eorum.

ARTICVLVS X.

*Vtrum religioſus eodem genere peccati grauius peccet, quàm ſæcularis.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ religioſus eodẽ genere peccati non grauius peccet, q̃ ſæcularis. Dr̃ enim 2. Paralipomenon 30. Dñs bonus propitiabitur
G
cunctis, qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum ſuorum, & nõ imputabit eis, ꝙ minus ſanctificati ſunt: ſed magis uidentur religioſi ex toto corde dominum Deũ patrum ſuorũ ſequi, q̃ ſeculares q ex parte ſe, & ſua Deo dãt, & ex parte ſibi reſeruãt, ut * Greg. dicit ſuper Ezechielem. ergo uidet̃ quòd minus imputet eis, ſi in aliquo a ſanctificatione deficiãt.

¶ 2 Præt. Ex hoc quòd aliqs bona opera facit, minus contra pec
H
cata eius Deus iraſcitur. Dicitur enim. 2. Paralipomenon 19. Impio p̃bes auxiliũ, & his qui oderũt Dominũ amicitia iungeris: & idcirco iram qdem Dñi merebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te: religioſi aũt plura bona opera faciunt, q̃ ſæculares. ergo ſi aliqua peccata faciunt, minus contra eos Deus iraſcitur.

¶ 3 Præt. Præſens uita ſine peccato non tranſigitur, ſ̃m illud Iac. 3. In multis offendimus omnes.
I
Si ergo peccata religioſorum eſſent grauiora peccatis ſæculariũ, ſequeretur quòd religioſi eſſent peioris cõditionis, q̃ ſeculares, & ſic non eſſet ſanum conſilium ad religionẽ tranſire.

SED CONTRA eſt, quòd de maiori malo magis uidetur eſſe dolendum: ſed de peccatis eorũ qui ſunt in ſtatu ſanctitatis & perfectionis maxime uidetur eſſe dolendum. Dicitur enim Hier. 23. Contritum eſt cor meum in medio mei. & poſtea ſubdit. Propheta namq; & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malũ eorũ. ergo religioſi, & alij, q ſunt in ſtatu ꝑfectionis, cæteris paribus, grauius peccãt.

RESPON. Dicẽdum, quòd peccatum quod a re-
K
ligioſis committitur, poteſt eſſe grauius peccato ſecularium eiuſdem ſpeciei tripliciter. Vno modo, ſi ſit contra uotum religionis, puta, ſi religioſus fornicetur, uel furetur, quia fornicando facit contra uotum continentiæ, & furando facit cõtra uotum paupertatis, & non ſolum contra præceptum diuinæ legis. Secundo, ſi ex contemptu peccet, quia ex hoc uidetur eſſe magis ingratus diuinis beneficijs, quibus eſt ſublimatus ad ſtatum perfectionis. Sicut Apoſt. dicit ad Hebræos 10. quòd fidelis grauiora meretur ſupplicia ex hoc, quòd peccando filiũ Dei conculcat per contẽptum. Vnde & Dominus conqueritur Hier. 11. Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Tertio modo, pecca-

F
tum religioſi poteſt eſſe maius propter ... quia ad uitam eius plures reſpiciunt ... Hieremiæ 23. In Prophetis Hieruſalem ... tudinem adulterantium, & iter menda... fortauerunt manus peſſimorum, ut n... teretur unuſquiſque a malitia ſua. Si ... ſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate ... rantia aliquod peccatum, quod non ... tum ſuæ profeſſionis, committit ab ... puta in occulto, leuius peccat eodem ... cati, quàm ſæcularis, quia peccatum ... ue, quaſi abſorbetur ex multis oper... facit: & ſi ſit mortale, facilius ab eo ... quidem, propter intentionem quam ...
G
ad Deum, quæ etſi ad horam intercip... li ad priſtina reparatur. Vnde ſuper ... ceciderit, non collidetur, dicit * Orig... ſi peccauerit, non pęnitet, & peccatum ... dare neſcit, iuſtus autem ſcit emendare ... re. Sicut ille qui dixerat, Neſcio hom... poſt cum reſpectus fuiſſet a Domino ... amariſſime. Et ille qui de tecto mulie... & concupierat eam, dicere noluit, P... lum coram te feci. Iuuatur etiam a ... gendum, ſecundum illud Eccleſ. 4. Si ... rit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cu... non habet ſubleuantem ſe.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ...
H
la loquitur de his, quæ per infirmitatem ... rantiam committuntur, non autem ... mittuntur per contemptum.

AD SECVMDVM dicendum, quòd ... cui illa uerba dicuntur, non ex mali... dam infirmitate humanæ affectionis ...

AD TERTIVM dicendum, quòd ... li peccant ex contemptu, ſed quando... in aliquod peccatum ex ignorantia, ... te, a quo de facili releuantur. Si autem ... ad hoc, quòd ex contemptu peccent ... peſſimi, & maxime incorrigibiles, ſecun... Hieremiæ 2. Confregiſti iugum, dirupiſti ... dixiſti, Non ſeruiam. In omni colle ...
I
omni ligno frondoſo tu proſternebaris ... Vnde * Aug. dicit in epiſtola ad plebem ... ſem. Ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo ... le ſum expertus meliores, quàm qui in ... profecerunt, ita non ſum expertus p... qui in monaſterijs ceciderunt.

QVAESTIO CLXXXII.

*De his quæ competunt religioſis, in ſex articulos diuiſa.*

K
DEINDE conſiderandum eſt de his quæ competunt religioſis.

ET CIRCA hoc quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum liceat eis docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.

¶ Secundò, Vtrum liceat eis de negotijs ſæcularibus ſe intromittere.

¶ Tertiò, Vtrum teneantur manibus operari.

¶ Quartò, Vtrum liceat eis de eleemoſynis uiuere.

ſere prædicando ſemper peccarent. igitur ſermo eſt de mortali. Præt. Ratio ſcripturæ allegatæ, cum dr̄, Peccatori autē dixit Deus &c. eſt iſta. Exiſtimaſti inique, ꝙ ero tui ſimilis, vt patet intuenti cōtextum pſalmi: ſed hæc exiſtimatio eſt peccatum mortale. ergo.

¶ In oppoſitum autē eſt, quia iuxta authoris doctrinā inferius in tertia parte, ſoli actus, ad quos homo ſanctificatur exercendos, ſunt prohibiti vt non fiant in peccato mortali. Ad prædicationē aūt hō non ſanctificatur per aliquē ordinem, aut Eccleſię ſacr̄m, vt patet ex eo, ꝙ in veteri teſtamento cuilibet licitū erat prædicare.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ licet prædicare ſecundum ſe non ſit actus alicuius ordinis, quia tn̄ eccleſiaſtica lege factus eſt actus ordinis ſacri: nam ſolis diaconibus, & ſuperioribus licet prædicare: ideo prædicationis actus iam eſt ſanctus vtrimque. ſ. & ſecundum ſe, ut patet, & ſecundum ſanctificationē miniſtri ad hūc actū, quāmuis non primo, ſed ſecundario. Et propterea ſicut ſacrilegij crimen incurrit exercens actus ſacrorum ordinum in peccato mortali: ita ſacrilegus eſt exercens prædicationis actum in peccato mortali: quod in quolibeto noſtro primo ſub dubia opinione dimiſſum eſt: quia conſideratus fuit actus prædicandi ſecundum ſuam naturam tantum. Obiectio tamen in oppoſitum ex litera, non cōuincit peccatum mortale eſſe prædicare in mortali peccato: quoniam conceſſo ꝙ litera loquatur de mortali in verbo, peccatum, non tn̄ ſequitur ꝙ loquatur de mortali in verbo, illicitum, dum dicit ꝙ peccatū reddit illicitum prædicationis actum. Nā ſecundum ſe loquendo, ex mortali reddit prædicationis actus illicitus, ſed non mortaliter. Illicitus quidem, quia monſtruoſa eſt prædicatio peccatoris, dum uita repugnat prædicatio-

¶ Quintò, Vtrū liceat eis mendicare.

¶ Sextò, Vtrum liceat eis veſtimenta cęteris viliora deferre.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum religioſis liceat docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.*

AD PRIMVM ſic proceditr. Vr̄ ꝙ religioſis non liceat docere, prędicare, & alia huiuſmodi facere. * Dicitur enim 7. q. 1. in quodam ſtatuto conſtantinopolitanæ ſynodi. Vita **B** monachorum ſubiectionis habet verbum & diſciplinatus, nō docendi, uel præſidendi, uel paſcendi a alios. † Hierony. etiam dicit ad Riparium & Deſideriū. Monachus non doctoris, ſed plangentis habet officium. Leo etiam Papa dicit, vt * habetur 16. q. 1. Præter Domini ſacerdotes nullus audeat prædicare ſiue monachus, ſiue laicus ille ſit, qui cuiuslibet ſcientiæ nomine gloriatur: ſed non licet tranſgredi proprium officium & ſtatutum **C** eccleſiæ. ergo uidetur quòd nō liceat religioſis docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.

¶ 2 Præt. In ſtatuto Nicenæ ſynodi, quod ponitur. 16. † q. 1. ſic dicitur. Firmiter, & indiſſolubiliter omnibus præcipimus, ut aliquis monachus penitentiam nemini tribuat niſi inuicem ſibi, ut iuſtum eſt. Mortuum non ſepeliat, niſi monachum ſecum in monaſterio commorātē, uel ſi fortuito quemcumque aduenientium fratrum ibi mori con**D**tingat: ſed ſicut iſta pertinent ad officium clericorum, ita etiam prædicare, & docere. ergo cum alia ſit cauſa monachi, & alia clerici, ut * Hieron. dicit ad Heliodorum, videtur quòd nō liceat religioſis prædicare, docere, & alia huiuſmodi facere.

¶ 3 Præt. * Greg. dicit in regiſtro. Nemo poteſt eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinate perſiſtere, & hoc habetur 16. queſt. 1. ſed monachi tenentur in monaſti**E**ca regula ordinate perſiſtere. ergo videtur quòd non poſſint eccleſiaſticis obſequiis deſeruire. Docere autem, & prædicare pertinent ad eccleſiaſtica obſequia. ergo uidetur quòd non liceat eis prædicare, aut docere, aut aliquid huiuſmodi facere.

SED CONTRA eſt, quod * Grego. dicit, & habetur 16. queſt. 1. Eadem. Ex authoritate enim huiuſmodi decreti, quod Apoſto**A**lico moderamine, & pietatis officio a nobis eſt conſtitutum, ſacerdotibus monachis Apoſtolorum figuram tenētibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pęnitentiam imponere, atque peccata ſoluere.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid dr̄ alicui non licere dupliciter. Vno modo, quia habet in ſe quod contrariatur ei, quod dicitur non licere, ſicut nulli homini licet peccare: quia habet in **B** ſe quilibet homo rationem & obligationē ad legem Dei, quibus contrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui non licere prædicare, vel docere, uel aliquid huiuſmodi facere: quia habet in ſe aliquid quod his repugnat uel ratione præcepti, ſicut his q̄ ſunt irregulares ex ſtatuto Eccleſię non licet aſcendere ad ſacros ordines: uel pp̄ peccatum, ſecundum illud Pſal. 49. Peccatori aūt dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Hoc au**C**tem modo non eſt illicitum religioſis prædicare, docere, & huiuſmodi facere, tum quia ex voto & præcepto regulæ non obligant ad hoc ꝙ ab his abſtineāt: tum ēt quia non redduntur ad hoc minus idonei ex aliquo peccato commiſſo, ſed magis idonei ex exercitio ſanctitatis, qđ aſſumpſerunt. Stultum autem eſt dicere, vt per hoc, quòd aliquis in ſanctitate promouetur, efficiatur minus idoneus ad ſpiritualia officia exercēda: & ideo **D** ſtulta eſt quorundam opinio dicentium, quòd ipſe ſtatus religionis impedimentum affert talia exequendi, quorum errorē * Bonifacius Papa rationibus ſupradictis excludit dicens, ut habetur 16. quæſt. 1. Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſſimo quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflāmati, aſſerentes monachos, quia mundo mortui ſunt, & Deo uiuunt, ſacerdotalis officii poteſtate indignos: ſed omnino labun**E**tur: quod oſtendit, primo quidem, quia non contrariatur regulæ. * Subdit enim: Neque enim beatus Benedictus monachorum præceptor almificus huiuſmodi rei aliquo modo fuit interdictor: & ſimiliter nec in alijs regulis hoc prohibetur. Secundo, improbat prædictum errorem ex idoneitate monachorum, cū in fine capituli * ſubdit. Quanto quiſq; eſt excellētior, tāto & in illis ſpūalibus. ſ. operibus, potētior. Alio mō, dr̄ aliquid nō licere alicui, nō pp̄ contrarium quod habeat, ſed pp̄ hoc ꝙ deficit ei, unde illud poſſit: ſicut diacono nō licet Miſſam celebrare,

ni. Non mortaliter autem, quia interpretatiue tantum infert in malo p̄dicatore æſtimationem, ꝙ Deus ſit ſibi ſimilis. ſ. dicēs, & non faciens: ratione cuius reprehenditur a Deo malus prædicator in allata auctoritate pſalmi. Prædicatores. n. cum ſint miſſi a Deo, iuxta illud, Qūo prædicabūt niſi mittantur: ſi prædicando diuina ſunt mali, præ ſe ferunt ꝙ Chriſtus, qui mittit illos, fuerit illis ſimilis. ſ. recta docens, & nō recte viuēs: ſicut ſunt ipſi, q̄ ſunt illius nūtij.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli primi, aduerte quòd author dupliciter tractat de cura eccleſiaſticorum officiorū. ſ. vt ordinaria, vel vt delegata. Et de ordinaria quidē concedit quòd non compatitur ſecum monaſticam obſeruantiam, & pertranſit: quia iā ſuperius declaratum eſt, quòd abſoluuntur a monaſticis obſeruantijs impediētibus animarum curam ordinariam cum ad illā aſſumuntur. De delegata vero nihil aliud dicit, niſi quòd non propterea ſequitur quòd religioſis non poſſint committi interdum eccleſiaſtica officia. Et intendit ꝙ delegata interdū cura alicuius officii, puta, prædicandi, uel confeſſiones audiendi, ſtat cum regulari obſeruantia: & propterea Greg. authoritas nō eſt contra hoc. Et tu adde, quòd ſi etiam quo ad aliquid impediret regularem obſeruantiam, non obſtaret: quia propter maius bonum diſpenſari poteſt ſuperioris authoritate, ut omittatur interdum aliquid obſeruantiarum regularium.

¶ Super

16. q. 1. cap. Sunt nonnulli.

Eo. c. parum a prin.

16. q. 1. cap. Sunt nonnulli, declinando ad finem.

¶ *Super Quæſtionis 187. Articulum ſecundum.*

D.963. IN articulo, ſecundo, eiuſdem quæſtionis 187. dubium primo occurrit circa titulum,& concluſionem reſponſiuam ſimul, An per ſæcularia negotia hoc in loco intelligātur omnia ſæcularia negotia, an quædam. Et eſt ratio dubii: quia ſi intelliguntur omnia, ſequitur primo quod cauſa charitatis licitum erit religioſis negotiationes exercere, vt faciunt mercatores. Si vero intelliguntur quædam, opportuiſſet illa determinari, quod in litera non fit.

¶ Dubium ſecundo occurrit circa diſtinctionem quæ in litera fit pro deciſione quæſtionis: Sed ex charitate, uel cupiditate, tum quia diſtinctio hæc non ad ipſa negotia, ſed ad cauſas ſpectat. Et propterea ex hac diſtinctione & deciſione non habetur quòd negotium eis liceat, aut quòd non: tum quia non ſolum ſæcularia, ſed etiam eccleſiaſtica & religioſa negotia ſunt eiſdē ex cupiditate prohibita: ac per hoc non eſt doctrina dignum dicere, quòd ex cupiditate ſunt religioſis ſæcularia negotia interdicta.

¶ Ad horum euidentiam ſciendum eſt, quod hic eſt ſermo de negotijs ſæcularibus quodammodo vniuerſaliter & quodammodo non vniuerſaliter Si enim ad ſubſtantiam negotiorum ſæcularium ſpectatur, ſermo eſt vniuerſaliter de negotijs ſæcularibus. Si autem ad actus, quos ſęcularia negotia exigunt, ſpectatur, ſermo non eſt de negotiis ſæcularibus vniuerſaliter, ſed particulariter de actu intromittēdi ſe aliquo modo in negotiis ſæcularibus. Quod in litera tripliciter palam fit. Primo, in diuiſione quæſtionis in ſuos articulos, ubi dicitur: Secundo, vtrum liceat eis de negotijs ſæcularibus ſe intro-

Q.188.art.4.

Infr. q. 188. artic.2.ad 2. Et opuſ. 19. c. 11. & Ro. 16. 1.fi. & 2. Tim. 2.

Art.præced. 16. q. 1.cap. Sunt nonnulli.

quia non habet ordinem ſacerdotalem: & presbytero nō licet ſententiam ferre, quia non habet epiſcopalem authoritatem. In quibus tñ eſt diſtinguēdum, quia [d] ea quæ ſunt ordinis, committi non poſſunt niſi ei qui ordinem habet: ſicut diacono nō poteſt committi, ꝙ celebret miſſam, niſi fiat ſacerdos. Ea vero quæ ſunt iuriſdictionis, committi poſſunt eis qui non habent ordinariam iuriſdictionem: ſicut prolatio ſententiæ committitur ab epiſcopo ſimplici ſacerdoti. Et hoc modo dr̄ non licere monachis, & aliis religioſis prædicare, docere, & alia huiuſmodi facere: quia ſtatus religionis non dat eis poteſtatem huiuſmodi faciendi. Poſſunt tamen iſta facere ſi ordinem recipiant, vel ordinariam iuriſdictionem: aut ēt ſi eis committātur ea, quæ ſunt iuriſdictionis.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ex verbis illis habetur, ꝙ monachi, ex hoc ꝙ ſunt monachi, nō nanciſcuntur poteſtatem talia faciendi: non autem quòd ex hoc ꝙ ſunt monachi, habeant aliquid contrarium executioni talium actuum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ illud ēt ſtatutum Niceni concilii præcipit, ut monachi nō vſurpent ſibi ex hoc ꝙ ſunt monachi, poteſtatem hmōi actus exercendi: nō autem prohibet, quin iſta poſſint eis committi.

Ad tertivm dicendum, ꝙ iſta duo ſe non compatiuntur. ſ. ꝙ aliquis ordinariam curam eccleſiaſticorum officiorum habeat, & monaſticam regulam in monaſterio ſeruet. Per hoc tñ non excluditur, quin monachi, & alii religioſi poſſint interdū circa eccleſiaſtica officia occupari ex commiſſione prælatorum, qui ordinariam curam habent, & præcipue illi, quorum religiones ad hoc ſunt ſpecialiter inſtitutæ, vt infra * dicetur.

### Articvlvs II.

*Vtrum religioſis liceat ſæcularia negotia tractare.*

AD secvndvm ſic procedit. Vr̄ ꝙ religioſis non liceat ſæcularia negotia tractare. Dr̄. n. in * prædicto decreto Bonifacij Papæ, ꝙ beatus Benedictus eos ſęcularium negotiorum dixit expertes fore: quod quidē Apoſtolicis documētis, & omnium ſanctorum Patrum inſtitutis nō ſolum monachis, ſed etiam canonicis omnibus magnopere imperatur, ſm illud 2. ad Timo.

F 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotijs: ſed omnibus religioſis imminet, ꝙ militent Deo. ergo non licet eis ſæcularia negotia exercere.

¶ 2 Præt. 1. ad Theſſalonic. 4. dicit Apoſt. Operam detis vt quieti ſitis, & vt negotium veſtrum agatis * glo. Dimiſſis alienis, qđ vobis utile eſt in emendationē vitę: ſed religioſi ſpecialiter aſſumunt ſtudium emendationis vitæ. ergo non debent ſæcularia ne-
G gotia exercere.

¶ 3 Præt. Super illud Matth. 11. Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, dicit * Hier. Ex hoc oſtendit rigidam vitā, & auſterā prædicationem vitare debere aulas regum, & nobilium hominū palatia declinare: ſed neceſſitas ſæcularium negotiorum ingerit hominem ad frequentandum regum palatia. ergo non licet religioſis aliqua negotia ſæcularia pertractare.

Sed contra eſt, quod
H Apoſto. dicit ad Rom. vlt. Commendo vobis Phęben ſororem noſtram. & poſtea ſubdit: Et aſſiſtatis ei, in quocumque negotio veſtri indiguerit.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, ſtatus religionis eſt ordinatus ad perfectionem charitatis conſequendam. Ad quam quidem principaliter pertinet Dei dilectio: ſecūdario autem dilectio proximi. Et ideo religioſi præcipue & propter ſe debent intēdere ad hoc, ꝙ Deo vacent. Si autem neceſſitas pro-
I ximis immineat, eorum negotia ex charitate agere debent, ſm illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti; quia hoc ipſo ꝙ proximis ſeruiunt pp Deum, dilectionj diuinæ obſequūtur. Vnde dr̄ Iac. 1. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. * glo. i. Succurrere eis, qui carent præſidio in tpe neceſsitatis. Eſt ergo dicendum, ꝙ cauſa cupidi-
K tatis ſęcularia negotia gerere nec monachis, nec clericis licet. Cauſa [d] vero charitatis ſe negotijs ſæcularibus cum debita moderatione ingerere poſſunt, ſm ſuperioris licentiam in miniſtrando, & dirigendo. Vnde dr̄ * in Decr. diſt. 88. Decreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſsiones cōducere, aut negotijs ſæcularibus ſe pmiſcere, niſi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut uiduarum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut ſi forte epſ ciuitatis eccleſiaſticarũ rerum ſolicitudinē eum habere præcipiat. Eadem aũt ratio eſt de religioſis & clericis, qa vtriſq; ſimiliter negotia ſæcularia interdicuntur, vt * dictũ eſt.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ monachis interdicuntur ſecularia negotia tractare pp cupiditatem, non aũt propter charitatē.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ non eſt curioſitas, ſed charitas, ſi propter neceſſitatem aliquis ſe negotijs immiſceat.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ frequentare palatia regum pp delitias, vel gloriam vel cupiditatē, non competit religioſis, ſed ea adire pp pias cauſas eis competit. Vnde dr̃ 4. Reg. 4. ꝙ Heliſeus dixit ad mulierem, Nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, vel principi militiæ? Similiter etiam conuenit religioſis adire regum palatia ad eos arguendos & dirigendos, ſicut Ioannes Baptiſta arguebat Herodem, vt dicitur Matth. 14.

## Articvlvs III.

*Vtrum religioſi manibus operari teneantur.*

AD tertivm ſic proceditur. Vr̃ quòd religioſi manibus operari teneantur. Non. n. excuſantur religioſi ab obſeruantia præceptorum: ſed operari manibus eſt in præcepto, ſecundum illud 1. ad Theſſ. 3. Operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis. Vnde * Aug. in lib. de operibus monach. dicit. Cæterum quis ferat hoĩes cõtumaces. i. religioſos non operantes, de quibus ibi loquitur, ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſiſtentes, non ſicut infirmiores tolerari, ſed ſicut fortiores prædicari? ergo videtur quòd religioſi teneantur manibus operari.

¶ 2 Præt. 2. ad Theſſ. 3. ſuper illud, Si quis non vult operari, nec manducet, dicit * gl. dicunt quidam de operibus ſpiritualibus hoc Apoſtolum præcepiſſe, nõ de opere corporali, in quo agriculæ, vel opifices laborant. & * infra, Sed ſuperfluo conantur & ſibi, & cæteris caliginem adducere, vt quod vtiliter monet charitas, non ſolum facere nolint, ſed nec ēt intelligere. & † infra vult ſeruos Dei corporaliter operari vnde viuant: ſed præcipue religioſi ſerui Dei nominantur, vtpote ſe totaliter diuino ſeruitio mancipantes, ſicut patet per * Dion. 6. c. eccle. hierar. ergo vr̃ ꝙ teneantur manibus operari.

¶ 3 Præt. † Aug. dicit in lib. de operibus monach. Quid agant qui operari corporaliter nolunt, ſcire deſidero. Orationibus, inquiunt, vacamus, & pſalmis, & lectionibus, & verbo Dei: ſed ꝙ per iſta non excuſentur, oſtendit per ſingula. Nã primo de oratione dicit. Citius exaudit una obedientis oratio, q̃ decem millium contemptorum, illos contemptores intelligens, & indignos exaudiri, qui manibus non operantur. Secundò de diuinis laudibus * ſubdit. Cantica vero diuina cantare ēt manibus laborantes facile poſſunt. Tertiò, * ſubiũgit de lectione. Quòd aũt ſe dicunt lectioni uacare, nonne illic inueniunt quod præcipit Apoſtolus? Quę eſt ergo iſta peruerſitas lectioni nolle obtēperare, dũ uult ei uacare? Quartò, * ſubiungit de prædicatione. Si aũt alicui ſermo erogandus eſt, & ita occupat̃ ut manibus operari non ualeat, nunquid in monaſterio oẽs hoc poſſunt? Qñ ergo non oẽs poſſunt, cur oẽs ſub hoc obtentu uacare uolunt? quamquàm ſi oẽs poſſent, uiciſſitudinē facere deberent non ſolum ut cæteri neceſſariis operibus occuparētur, ſed ēt quia ſufficit ut multis audientibus unus loquatur. ergo uidetur ꝙ religioſi non debeant ceſſare a manuali opere propter huiuſmodi ſpiritualia opera, quibus uacant.

¶ 4 Præt. Luc. 12. ſuper illud. Vēdite quę poſſidetis &c. dicit * gl. Non tm̃ cibos ueſtros cõicate pauperibus, ſed ēt uendite poſſeſſiones ueſtras, ut oĩbus ueſtris ſimul pro Dño ſpretis, poſtea labore manuum operemini, unde uiuatis, uel eleemoſynam faciatis: ſed ad religioſos pertinet proprie oĩa ſua relinquere. ergo uidetur ꝙ etiam eorum ſit de labore manuum ſuarum uiuere, & eleemoſynas facere.

¶ 5 Præt. Religioſi præcipue uidentur teneri Apoſtolorum uitam imitari, quia ſtatum perfectionis profitentur: ſed Apoſtoli manibus propriis laborabant, ſecundum illud 1. ad Cor. 4. c. Laboramus operãtes manibus noſtris. ergo uidetur quòd religioſi teneantur manibus operari.

Sed contra. Ad præcepta obſeruãda quæ cõiter omnibus proponuntur, eodem modo tenentur religioſi, & ſæculares: ſed præceptũ de opere manuali cõiter oĩbus proponitur, ut patet 2. ad Theſſalonicenſ. 3. Subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate &c. Fratrem autē

---

gimine ſe intromiſit. Et multi probi religioſi dirigunt & adiuuant viduas, aliaſque miſerabiles perſonas in ſuis negotijs. Et licet directio etiam moderata eſſe debeat, præcipue tamen circa actum miniſterii ſeu adiutorij, moderatione opus eſt. Nam non omnis ſeruitij, aut auxilij actus conuenit religioſo. Dedecere enim conſtat religioſos perſonaliter ſæcularibus venditionibus, emptionibus, mutuis, cuſtodijs &c. deſeruire. Sed opem ferre eundo ad locum aliqué, vel ad conferendum cum aliquo, & huiuſmodi non dedecet. Vnde & de Didaco Epiſcopo beati Dominici patris noſtri legitur, quòd cauſa conficiendi cõiugium inter filium regis Hiſpaniæ, & quandam puellam, in Gallias iuit. Ex quibus patet ſolutio vtriuſque dubij. Primi quidem, quia iam patet quòd de omnibus & non de omnibus negotijs ſæcularibus quodammodo eſt ſermo, & quòd in litera determinatur explicite qui actus ſecundum genus ſuum ſint religioſis liciti circa ſæcularia negotia ſcilicet dirigere, & miniſtrare. Secundi autem, quia author non ſolum cauſas agendi, ſed actus ipſos circa negotia ſęcularia diſcernit, dicens illos duos ſecundum ſuũ genus licitos religioſis, ſeruatis illis quatuor conditionibus expoſitis. Et ſic quãuis hinc non habeatur, quod negotium eſt eis licitum, & qđ non, quia hoc non eſt hic quęſitum: habetur tamen quòd religioſi poſſunt ſe intromittere de negotijs ſæcularibus, & quibus actibus, & qualiter: quod ſub præſenti quæſtione cadebat. Hæc etiam deciſio non eſt communis ſęcularibus & eccleſiaſticis negotiis, vt ſecunda obiectio ingerit: quoniam exercere ipſa eccleſiaſtica negotia, religioſis licet, & non ſolum dirigere alios, aut miniſtrare aliis in illis.

¶ In reſponſione ad tertium, memento illius documenti, Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Et rurſus, Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificãt, adire curias, & palatia ꝓpter pias cauſas, licitum fatemur, ſed timeamus damnum ac ruinam. Nam Petrus, vt Bernardus prænotauit, ſemel palatium intrauit, & ter dominum negauit. Curiam Diogenes diffiniuit, ꝙ eſt locus ad decipiendũ & præualendum, qui ſunt actus diabolo permiſsi a Deo 3. Reg. 22. Fugiendæ ſunt a religioſis curiæ & palatia etiam eccleſiaſtica, cum Petrus non regale, aut prætoris, ſed pontificium palatium ingreſſus, nefando laqueo captus fuerit.

cod. c. 17. parum a prin.

cod. cap. 17. circa finem.

cod. c. 18. in prin. tom. 5.

¶ *Super Quæſtionis 187. Articulum tertium.*

IN art. 3. eiuſdem q. nota vtramque gloſſam præceptorũ iuris naturæ, alteram in reſponſione ad primum: alteram, in corpore arti. Habes ſiquidem hinc primo, ꝙ præcepta naturalia ad commune bonum abſolute neceſſaria, non ligant ſingulos: & propterea ad manuale opus, qđ neceſſarium eſt in vita humana, non tenentur ſinguli abſolute, ſicut nec ad generationi vacandum. Habes ſecundo, ꝙ præcepta naturalia ſolum propter neceſſarium finem aliquē aſſequendum, nullũ obligant, qui finem illum neceſſariũ aliũde conſequi poteſt. Et propterea non tenentur manualiter operari propter victum, qui aliunde victum licite habent.

cod. c. 1. tomo. 5.

¶ Sed circa hanc gl. dubium occurrit. Nam ſi pro regula habendum eſt, quòd ordinatum ad finem in tantum eſt neceſſarium, inquantum finis ſine eo haberi non poteſt, & non aliter, ſequeretur quòd homo licite poſſet non implere præcepta multa

ex

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ex eo, quòd poſſet
aliter quàm per ob-
ſeruantiam illius prę-
cepti, conſequi talē
finem. Verbi gratia.
Præceptum ieiunij
ordinatur ad domandam carnem & mentem eleuandam. Qui
ergo poteſt hæc aliter q̃ per ieiunium
habere, non tenetur
ad ieiunium. Similiter, præceptum de of
ficio diuino dicendo,
ordinatur ad mentis
aſcenſum ſepties in
die ad Deum. Si quis
ergo abſque diuino
officio poſſet ſepties
in die ad Deum men
te conſcendere, non
teneretur ad eccle-
ſiaſticum officium,
& ſic de ſimilibus:
quæ omnia conſtat
eſſe falſa.

¶ Ad hoc dicitur,
quòd verba literæ
poſſunt dupliciter
intelligi. Primo, vt
opus præceptum ad
finem aliquem careat
vinculo præcepti, ſi
aliter poteſt finis ha-
beri. Et hunc ſenſum
accepit obiectio, &
falſus eſt, nec inten-
tus ab authore. Secũ-
do, vt finis neceſſa-
rius non inducat vim
præcepti in opus ali-
quod, ſi vel quando
ſine tali opere habe-
ri poteſt. Et hic eſt
ſenſus literæ verus
& intentus directe
ſeruiens propoſito au
thoris. Eſt autem in-
ter hos duos ſenſus
iſta differentia. Nam
iuxta ſecundum ſen-
ſum, vinculum præ-
cepti ſupponitur ca-
dere ſupra id quod
vocatur finis, puta,
comedere, & bibere,
& exinde deducitur
ius præcepti ſuper
opere quod vocatur
ordinari ad finem, pu
ta ſuper opere ma-
nuali. Et propterea
dicitur, quòd quia
ratio præcepti in ta-
li ordine ad finem, eſt
ex eo ſolum quòd fi-
nis cadit ſub præce-
pto altero: ideo ſi fi-
nis ille poteſt aliter
haberi, non trahitur
vinculum præcepti
a primo ad ſecundũ,
hoc eſt, a fine ad tale
ordinatum ad finem.
Iuxta primum vero
ſenſum vinculũ prę-
cepti præſupponitur
cadere ſuper actu or-
dinato ad finem, pu-
ta, ſuper ieiunio or-
dinato ad mentis ele-
uationem &c. Sed
quia poteſt alia via

nominat quemlibet chriſtianũ F
ſicut & 1. ad Cor. 7. Si quis frater
vxorē habet infidelē &c. & ibi-
dem dr̃. Si quis non vult opera-
ri, nec manducet. non ergo reli-
gioſi magis tenentur manibus
operari, quàm ſæculares.

Respon. Dicēdum, ꝙ labor
manualis ad quatuor ordinatur.
Primo quidem & principaliter
ad victum quærendum. Vñ pri-
mo homini dictum eſt. In ſudo
re vultus tui veſceris pane tuo.
Et in Pſal. 127. Labores manuũ G
tuarũ, quia manducabis &c. Se-
cundo, ordinatur ad tollendum
otium, ex quo multa mala oriũ-
tur. Vnde dr̃ Eccleſia. 33. Mitte
ſeruum tuum in operationem,
ne vacet. Multam. n. malitiā do-
cuit otioſitas. Tertio, ordinatur
ad cōcupiſcentiæ refrenationē,
inquantum per hoc maceratur
corpus. Vñ 2. ad Corint. 6. dr̃. In
laboribus, in ieiunijs, in vigilijs,
in caſtitate. Quarto aũt ordinat̃
ad eleemoſynas faciendas: vnde
dr̃ ad Epheſ. 4. Qui furabatur, iā H
non furetur: magis aũt laboret
operando manibus ſuis quod
bonum eſt, ut habeat vnde tri-
buat neceſſitatem patienti. Secũ
dum ergo ꝙ labor manualis or-
dinatur ad victũ quærendũ, ca-
dit ſub neceſſitate p̄cepti, prout
eſt neceſſariũ ad talē finē. Quod
enim ordinatur ad finem, a fine
neceſſitatē habet, vt. ſ. in tantum
ſit neceſſarium, inquātum finis
ſine eo eſſe non poteſt. & iō qui
non habet aliunde vnde viuere
poſſit, tenetur manibus operari,
cuiuſcumq; ſit conditionis: & I
hoc ſignificant verba Apoſtoli
dicentis, Qui non vult operari,
nec manducet: quaſi diceret. Ea
neceſſitate aliquis tenet̃ ad ope-
randum manibus, qua tenetur
ad manducādum. Vnde ſi quis
abſq; manducatione, poſſet vitā
tranſigere, non teneretur mani-
bus operari: & eadem ratio eſt
de illis, qui non habent aliàs vn-
de licite viuere poſſint. Non. n.
intelligitur aliquis poſſe facere
quod non licite facere pōt: vnde
& Apoſtolus non inuenit̃ opus K
manuũ pręcepiſſe, niſi ad exclu-
dēdum peccatũ eorum, qui illi-
cite victum acquirebant. Nā pri-
mo quidē præcipit Apoſtolus
opus manuale ad euitādum fur-
tũ, vt patet ad Epheſ. 4. Qui fura-
batur, iā non furetur: magis aũt
laboret operando manibus ſuis.
Secundo, ad uitandũ cupiditatē
alienarum rerũ: vnde dicit 1. ad
Theſſal. 4. Operemini manibus
veſtris, ſicut præcipimus vobis:

& ut honeſte ambuletis ad eos,
qui foris ſunt. Tertio, ad euitan-
da turpia negotia, ex quibus ali-
qui uictũ acquirunt: unde 2. ad
Theſſ. 3. dicit. Cũ eſſemus apud
vos, hoc denuntiabamus uobis,
qm̃ ſi quis non uult operari, nec
manducet. Audiuimus. n. quoſ-
dam inter uos ambulare inquie-
te nihil operantes, ſed curioſe
agentes, * gloſ. qui fœda cura ne
ceſſaria ſibi prouident. His autē
qui hmõi ſunt, denuntiamus, &
obſecramus, ut cum ſilentio ope
rantes, panem ſuum mãducēt.
Vnde * Hier. dicit ſuper epiſt. ad
Galat. ꝙ Apoſt. hoc dixit non tā
officio docentis, q̃ uitio gentis.
Sciendũ tñ, ꝙ ſub opere manua-
li intelliguntur oĩa humana offi
cia, ex quibus hoĩes licite uictũ
lucrant̃ ſiue manibus ſiue pedi-
bus, ſiue lingua fiant. Vigiles. n.
& curſores, & alij hmõi de ſuo la
bore uiuentes, intelliguntur de
operibus manuum uiuere. Quia
enim manus eſt organum orga-
norũ, per opus manuũ oĩs ope-
ratio intelligitur, de qua aliquis
uictum licite pōt lucrari. Secun-
dũ aũt ꝙ opus manuale ordina-
tur ad otium tollendum, uel ad
corporis macerationē, nõ cadit
ſub neceſſitate præcepti ſecun-
dum ſe conſideratum: quia mul
tis aliis modis pōt uel caro ma-
cerari, uel ēt otium tolli, q̃ per
opus manuale. Maceratur. n. ca-
ro per ieiunia, & uigilias: & otiũ
tollitur per meditationes ſacra-
rum ſcripturarum, & laudes di-
uinas. Vnde ſuper illud Pſal. 68.
Defecerũt oculi mei in eloquiũ
tuum, dicit * gl. Non eſt otioſus
qui uerbo Dei tantũ ſtudet, nec
pluris eſt qui extra operatur, q̃
qui ſtudium cognoſcendæ uerı-
tatis exercet. Et ideo pp has cau-
ſas religioſi nõ tenentur ad ope-
ra manualia, ſicut nec ſeculares,
niſi forte ad hoc per ſtatuta ſui
ordinis obligentur, ſicut * Hier.
dicit in epiſt. ad Ruſticũ mona-
chum. Aegyptiorum monaſte-
ria hunc tenent morē, ut nullũ
abſq; opere, aut labore ſuſcipiāt
non tam pp uictus neceſſitatē,
quàm pp aĩæ ſalutem, ne uagen
tur pernitioſis cogitationibus.
Inquantum uero opus manuale
ordinatur ad eleemoſynas fa-
ciendas, non cadit ſub neceſſi-
tate præcepti: niſi forte in aliquo
caſu, in quo ex neceſſitate ali-
quis eleemoſynam facere tene-
retur, & non poſſet aliàs habere
unde pauperibus ſubueniret: in
quo caſu obligarentur ſimiliter
religioſi & ſæculares ad opera

manualia exequenda.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ præceptũ illud quod ab Apoſtolo proponitur, eſt de iure naturali. Vñ ſuper illud 2. ad Theſſ. 3. Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante, dicit * gl. aliter quàm ordo naturę exigit. Loquitur aũt de his qui ab opere manuali ceſſabant. Vnde & natura manus homini dedit loco armorum, & tegumentorum, quæ aliis aĩalibus tribuit, vt. ſ. per manus hæc, & alia oĩa neceſſaria cõgrat. Ex quo patet, ꝙ communiter ad hoc præceptum tenẽtur etiam religioſi, & ſęculares, ſicut ad omnia alia legis naturalis præcepta. Non tñ peccant quicumq; manibus nõ operantur: quia ad illa præcepta legis naturæ quæ pertinent ad bonum multorum, non tenentur ſinguli: ſed ſufficit ꝙ vnus vacet vni officio, & alius alteri, puta, quòd quidã ſint opifices, quidam agricolæ, quidam iudices, quidam doctores, & ſic de aliis, ſecundum illud Apoſtoli 1. ad Corinth. 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus: & ſi totum auditus, vbi odoratus? &c.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ gloſſa illa ſumitur ab * Aug. in lib. de operibus monachorũ, in quo loquitur contra monachos quoſdam, qui dicebant nõ eſſe licitum ſeruos Dei manibus operari pp hoc, ꝙ Dñs dicit Matthæi 6. Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis. Nec tñ per hæc verba inducitur neceſſitas religioſis manibus operandi, ſi habent aliunde vnde viuere poſſint: quod patet per hoc qđ ſubdit. * Vult ſeruos Dei corporaliter operari, vnde uiuant. Hoc autem non magis pertinet ad religioſos quàm ad ſęculares: qđ patet ex duobus. Primo quidẽ, ex ipſo mõ loquẽdi, quo Apoſt. vtitur, dicẽs. Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Fratres .n. omnes Chriſtianos vocat: nondum enim erant tunc temporis religiones inſtitutæ. Secũdo, quia religioſi non tenentur ad alia quàm ſęculares, niſi propter regulæ profeſſionem: & ideo ſi in ſtatutis regulæ non contineatur aliquid de opere manuali, non tenentur aliter ad operandum manibus religioſi, quàm ſæculares.

Ad tertivm dicendum, ꝙ omnibus illis operibus ſpiritualibus, quæ ibi tangit * Aug. poteſt aliquis vacare dupliciter. Vno modo, quaſi deſeruiens

A vtilitati cõi. Alio modo, quaſi inſiſtens vtilitati priuatæ. Illi ergo qui prædictis operibus ſpiritualibus publice vacant, excuſantur per huiuſmodi opera ſpiritualia ab opere manuali duplici ratione. Primo quidẽ, quia oportet eos totaliter eſſe occupatos circa huiuſmodi opera. Secũdo, quia huiuſmodi opera exercentibus debetur ſubminiſtratio victus ab his quorum vtilitati deſeruiunt. Illi uero qui prædictis operibus non quaſi publicis, ſed

B quaſi priuatis vacant, non oportet ꝙ per huiuſmodi opera a manualibus operibus abſtrahãtur: nec etiam fit eis debitum, vt de ſtipendiis fidelium uiuant. & de talibus loquitur * Aug. Quod .n. dicit (cantica diuina decantare manibus operantes poſſunt, exẽplo opificum, qui fabulis linguas dant, cum tamen manibus ab opere non recedant) manifeſtum eſt ꝙ non poteſt intelligi de his qui horas canonicas in eccleſia decantant: ſed intelligitur de his qui pſalmos, vel hymnos dicunt quaſi priuatas orationes.

C Similiter quod * dicit de lectione & oratione, referendum eſt ad orationes & lectiones priuatas, quas etiam laici interdum faciunt: non autem ad illos, qui publicas orationes in eccleſia faciunt, uel etiam publicas lectiones in ſcholis legunt. unde non dicit. Qui dicunt ſe uacare doctrinæ, uel inſtructioni: ſed, Qui dicunt ſe uacare lectioni. (Cap. 18. in prin.) Similiter etiam de prædicatione loquitur nõ quę fit publice ad populum, ſed quæ ſpecialiter fit ad unum, uel ad paucos per modum priuatæ admonitionis. unde ſignanter dicit, Si alicui ſermo erogandus eſt. Nam ſicut * gl. dicit 1. ad Corinth. 2. ſermo eſt qui priuatim fit: prædicatio, quæ fit in communi. (Glo. interlinea. ſuper id. Sermo meus & prædicatio mea.)

Ad qvartvm dicendum, ꝙ illi qui omnia pp Deũ ſpernunt, tenentur manibus operari quando

D alias non habent unde uiuant, uel unde eleemoſynas faciant in caſu, in quo facere eleemoſynam, cadit ſub præcepto, non autem aliter, vt * dictum eſt: (In corp. ar.) & ſecundum hoc loquitur gloſ. inducta.

Ad qvintvm dicendum, quòd hoc quòd apoſtoli manibus laborauerint, quandoque quidem fuit neceſſitatis, quandoq; uero ſupererogationis. Neceſſitatis quidem, quando ab aliis uictum inuenire non poterant. unde ſuper illud 1. ad Corin. 4. Laboramus operantes manibus noſtris. dicit * gl. (Glo. ordin. ibidem.) quia nemo dat nobis. Supererogationis autem, ut patet per illud quod habetur 1. ad Cor. 9. ubi dicit Apoſtolus, ꝙ non eſt uſus poteſtate, quam habebat

E uiuendi de Euangelio. Hac autem ſupererogatione utebatur Apoſtolus tribus de cauſis. Primo quidem, ut occaſionem prædicandi auferret pſeudo Apoſtolis, qui pp ſola temporalia prædicabant. unde dicit 2. ad Cor. 11. Quod autem facio, & faciam, ut amputem eorum occaſionem &c. Secundo, ad euitandum grauamen eorum, quibus prædicabat: unde dicit 2. ad Cor. 12. Quid minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis, niſi ꝙ ego ipſe non grauaui uos? Tertio ad dandum exemplum operandi otioſis. Vnde 2. ad Theſſ. 3. dicit. Nocte, & die operantes, ut formam daremus uobis ad imitandũ nos. Quod tñ Apoſtolus non faciebat in locis, in quibus habebat facultatem quotidie prædicandi, ſicut Athenis,

vt

---

Et quia ad hoc ſpectat, ꝙ religioſi peculiari noĩe Fratres appelantur: ideo author ad conſummatã religionem inſtitutionẽ reſpiciens, dixit ꝙ nondum erant religiones inſtitutæ. Ante conſummatã nãq; religionum inſtitutionem, omnes Chriſtiani fratres vocabãtur: poſt conſummatam autem inſtitutionem, in religioſis patris, & fratris appellatio manſit, vt conſuetudo teſtatur.

¶ In eodem art. in reſponſione ad tertiũ circa orationem manualiter operãtium, aduerte ꝙ in litera diſtinguitur de oratione publica, & priuata. Et de publica, negatur ꝙ fiat cum opere manuali: de priuata aũt conceditur. Et reuera turpe valde eſſet eccleſiaſticũ officiũ manibus operando perſoluere, cũ vltra ſcandalum & irreuerentiam, quam quis homini excellẽti loquẽdo non exhiberet, pluribus intentus minor ſit ad ſingula ſenſus. Vñ quia operando manibus, poneret quis obicem plenę attentioni, quã a Deo expectare tenetur qui obligatur ad diuinũ officium, iuxta illud. Deuote quãtum Deus dederit. extra de celebrat. miſſar. c. Dolentes: iõ notabiliter ſe occupãdo non ſatisfacit Eccleſiæ præcepto. Secus aũt ſi parum quid ſe occuper, puta, calciando ocreas, vel opus fere non impeditiuum faciat, puta, quia parando ſe ad Miſſam perficit Primam ex hoc ipſo minus attẽdens officio, quia occupare eum contingit. Cum .n. parũ pro nihilo habeatur, vtroq; modo parum non multum imputatur ſiue. ſ. in parua parte officij, ſiue in opere parum impeditiuo quis occupatur. Priuata aũt oratione laudabile valde eſt aliquid noſtræ mentis inter opera manualia ad Deum tranſmittere.

¶ In eodem art. in reſponſione ad quintum, nota diligentiſſime tu qui præſides eccleſiæ, quanta te oporteat ſolicitudine ſubtrahere occaſionẽ prædicatoribus, & confeſſoribus prædicandi, uel confeſsiones audiendi pp tẽporalia bona, vt hodie videmus accidere: qm̃ ſi confeſſores, & prædicatores non lucrarentur, pauci inuenirentur. Nunc aũt quærunt, ſupplicant, ſoluuntq; interdum, vt loca habeant. Paulus Apoſtolus priuauit ſeipſum ſtipẽdio victus, ne alii prædicarent pp temporalia. Non exigo a te tantam perfectionẽ: ſed vt ab eccleſia tua huiuſmodi viros eiicias, & paucos habeas gratis dãtes, qđ gratis acceperunt. (Ca. 17. parũ a prin.)

Cap.18.to.3. vt * Aug.dicit in lib.de operibus monach. Non au- F tem propter hoc religioſi tenentur Apoſtolum in hoc imitari, cum non teneantur ad omnes ſupererogationes: vnde nec alii Apoſtoli manibus operabantur.

### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum religioſis liceat de eleemoſynis uiuere.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ religioſis non liceat de eleemoſynis viuere. Apoſt.n.1.ad Tim.5.præcipit ꝙ viduę, quę poſſunt aliunde ſuſtentari, nō uiuant de eleemoſy- G nis Eccleſiæ, ut Eccleſię ſufficiat illis, quæ uere viduę ſunt. & * Hieron. dicit ad Damaſum Papam, ꝙ qui bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi qđ pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profecto committunt, & per abuſionem taliū, iudicium ſibi manducant & bibunt: ſed religioſi poſſunt de labore manuū ſuſtentari, ſi ſint validi. ergo videtur ꝙ peccent, eleemoſynas pauperum comedendo.

¶ 2 Præt. Viuere de ſumptibus H fidelium, eſt merces deputata prædicantibus Euangelium pro ſuo labore, vel opere, ſecundum illud Matth. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo: ſed prædicare Euangelium non pertinet ad religioſos, ſed maxime ad prælatos, qui ſunt paſtores & doctores. ergo religioſi non poſſunt licite viuere de eleemoſynis fidelium.

¶ 3 Præt. Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis: ſed perfectius eſt dare eleemoſynas, quàm accipere. dr̄.n. Act.20. Beatius eſt dare I quàm accipere. ergo nō debent de eleemoſynis uiuere, ſed magis ex operibus manuum ſuarū eleemoſynas dare.

¶ 4 Præt. Ad religioſos pertinet impedimenta virtutis, & occaſiones peccati vitare: ſed acceptio eleemoſynarum prębet occaſionem peccati, & impedit virtutis actum. vnde ſuper illud 2. ad Theſſ. vlti. Vt noſmetipſos formam daremus vobis, dicit * gl. Qui frequenter ad alienam K menſam comedit otio deditus, vt aduletur neceſſe eſt paſcenti ſe. Dr̄ etiā Exod. 23. Ne accipias munera, quæ excæcant prudentes, & mutant verba iuſtorum: & Prou. 22. dr̄. Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis, qđ eſt religioni contrarium. Vnde ſuper illud 2. ad Theſſa. vlti. Vt noſmetipſos formam daremus &c. dicit gl. Religio noſtra ad libertatem homines aduocat. ergo videtur quòd religioſi F non debeant de eleemoſynis viuere.

¶ 5 Præt. Religioſi præcipue tenentur imitari Apoſtolorū perfectionem. Vnde Apoſt. dicit ad Phil. 3. Quicumque perfecti ſumus, hoc ſentiamus: ſed Apoſt. nolebat viuere de ſumptibus fidelium, vt occaſionem auferret pſeudo apoſtolis, ſicut ipſe dicit 2.ad Corin. 11. & ne ſcandalum poneretur infirmis, ut patet 1.ad Cor.9. ergo vr̄ ꝙ pp eaſdem cau- G ſas religioſi debeant abſtinere, ne de eleemoſynis uiuant. Vnde & Aug. dicit in lib.de* operibus monachorum. Amputetis occaſionem turpium nundinarum, quibus æſtimatio veſtra lęditur, & infirmis offendiculum ponitur, & oſtendite hominibus nō vos in otio facilem uictum, ſed per anguſtam & arctam viam regnum Dei quærere.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſicut * Grego. dicit in 2. Dialogorum. Beatus Benedictus tribus annis H in ſpecu permanens, de his quæ a Romano monacho miniſtrabantur, refectus eſt, poſtquàm domum, parenteſq; reliquerat: & tamen ualidus corpore exiſtens, non legitur de labore manuum quæſiuiſſe uictum. ergo religioſi licite poſſunt de eleemoſynis uiuere.

RESPON. Dicendum, ꝙ unicuique licet uiuere de eo quod ſuum eſt, uel ſibi debitum. Fit autem aliquid alicuius ex liberalitate donātis: & ideo religioſi, & clerici, quorum monaſteriis, uel I eccleſiis ex munificentia principum, uel quorumcumq; fideliū ſunt facultates collatæ, ex quibus ſuſtententur, poſſunt de eis uiuere licite abſq; hoc ꝙ manibus laborent, & tñ certū eſt eos de eleemoſyna uiuere. Vñ & ſimiliter, ſi aliqua mobilia religioſis a fidelibus conferantur, poſſunt de eis licite uiuere. Stultum eſt.n. dicere, ꝙ aliquis in eleemoſynam poſſit accipere magnas poſſeſſiones, non aūt panē, uel K paruā pecuniā. Sed quia hmōi beneficia religioſis uidentur eſſe collata ad hoc, quòd liberius religioſis actibus inſiſtere poſſint, quorum cupiunt ſe fore participes qui temporalia ſubminiſtrant, redderetur eis uſus prædictorū donorū illicitus, ſi ab actibus religioſis deſiſterent: quia ſic quantum eſt de ſe, defraudarent intentionem eorum qui tà lia beneficia contulerunt. Debitum autem eſt alicui aliquid dupliciter. Vno modo, propter ne-

¶ Super Quæſtionis 187. Articulum quartum.

Op.18.art.7. IN artic. 4. eiuſdem quæſtio. nota authorem duas radices docere liciti victus ex bonis tēporalib. ſcilicet, vel de ſuo, uel de ſibi debito. Hr̄ 1. q. 2. c. Clericos. & 16.q.1.c.qm̄. vbi dubium ſtatim occurrit circa diſtinctionem horum mēbrorum, quia ſecundum coincidit neceſſario cum primo. Nam quantumcumque aliquid ſit alcui debitum, niſi fiat ſuum, non licite viuet de illo, alioqui liceret viuere de alieno. Et confirmatur, quia ſicut uiuere de eleemoſyna, quod in primo ponitur membro, tunc eſt licitum cum id quod eleemoſinaliter datur, eſt factum ſuum: ita uiuere ex ſibi debito, quod ponitur in ſecundo membro, tūc eſt licitum, quando illud quod debetur, factum eſt ſuum, ut patet diſcurrendo in ſingulis quatuor caſibus enumeratis in litera &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in litera non diſtinguitur uiuere ex ſuo, contra uiuere ex non ſuo, ut obiectio interpretatur: ſed diſtinguitur uiuere ex ſuo abſolute contra uiuere ex ſuo ex debito, ita quòd formaliter ſit diſtinctio inter cauſas, quibus licet uiuere ex aliquo, & diſcernitur inter eſſe Eſt gl. Ambr. ibid.tom.5. ſuum pro una cauſa non conſiderando, unde, uel qualiter ſit ſuum, ſed tota ratio licite uiuendi ex illo eſt, quia eſt ſuum: & inter eſſe ſuum ex debito. Ita quòd ratio uiuendi hic attenditur non penes effectum illum communem, qui eſt eſſe ſuum, ſed penes cauſam, hoceſt, penes rationem debiti. Et propterea non nominauit in ſecundo mēbro author ly ſuum, ſed ſolummodo ſibi

quò ſ fluxu temporis cadunt ſtatus religioſorum; cum humana omnia caduca eſſe conſtet. Et ſic videtur quòd donando abſq; prouiſione ꝙ deuoluantur ad alios inſeruientes religioſis actibus, implicite acceptarunt ſe fruſtrandos quandoque ſuo intento. Scienti autem, & volenti non fit fraus, ſicut nec iniuria. Ratio ſecundi dubii eſt: quia ſicut miles tenetur ad ſtipendij reſtitutionem ſi deſiſtit a militaribus actibns: ita religioſus tenetur ad reſtitutionem, cum huiuſmodi eleemoſynæ ſint quaſi ſtipendia ipſorum. Et confirmatur, quia ſicut ſtipendiū militare non datur niſi militaturis in veritate: ita ſtipendiū ſuſtentationis religioſorum non datur niſi religioſe viuere volentibus, non fingentibus: ita quòd ſicut milites armatæ militiæ non efficiunt ſuum, ſed tenentur illud reſtituere ſi ficti ſuſcipiunt, aut ficti proſequuntur: ita clerici & religioſi ſi aut ficti ſuſcipiunt, aut ficti proſequuntur, non efficiunt ſtipendia ſua, ſed tenentur ad reſtitutionem.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia durus eſt hic ſermo, & tot eccleſiæ declinaſſe videntur a religioſa vita, vt ſi ad reſtitutionem tenerentur, oporteret magnā dānationem inducere.

¶ Ad euidentiam horum conſiderandum eſt, quòd inter religioſos & principes, ſeu quoſcumq; alios qui contulerunt eleemoſynas eis, non eſt habitudo ſecundum aliquem contractum iuſtitię proprie dictæ, ſed ſolum ſecundum debitū gratitudinis. Nam donantes, beneficium eleemoſynæ conferunt, & religioſi naturali iure tenentur tali dono gratiā retribuere ſuis religioſis actibus: qm̄ non alia ab eis expectatur retributio. Vnde & in litera de beneficio donoq; mentio fit, quæ conſtat ad gratiæ virtutē ſpectare. Et quia gratiæ contrariatur ingratitudo, idcirco tunc ſolum interuenit in huiuſmodi omiſſione peccatum mortale, quando contingit ingratitudo mortalis. Vt autem ex ſupradictis de ingratitudine patet, in duobus caſibus ingratitudo inuenitur peccatum mortale, uel formaliter, cum contemptus interior adeſt beneficij: uel materialiter, cum illud omittitur quod talis eſt conditionis, quod neceſſario exhibendū eſt beneficio: & propterea in propoſito ſi religioſi in contemptū prorumpunt ſuſcepti beneficii, ingrati mortaliter & formaliter ſunt. Et ſi omittunt religioſos actus, ad quos de neceſſitate præcepti tenentur, ingrati quoq; mortaliter ſunt, materialiter tñ. Si aūt omittunt aliquos religioſos actus, ad quos non tenentur ſub præcepto, ingrati venialiter ac materialiter ſunt. Et ideo in litera optime dr̄ abſolute, ꝙ illicitus redderetur eis vſus prædictorum donorum, ſi ab actibus religioſis deſiſterent. Et per hæc patet ſolutio primi dubii.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum dicitur, quòd qñ deeſt contemptus reddendæ gratiæ, ſeu ſoluendi debitum beneficio, non eſt fraus niſi materialiter, eo ꝙ non ex intentione ingratitudini opera datur. Fraus autem in reddenda gratia materialiter, non ſemper eſt mortalis, ſed ut dictū eſt, iuxta cōditionē omiſſi mēſuratur: quod in propoſito eſt actus religioſus præceptus, vel nō præceptus. Nam præceptus actus, ſi omittitur, ingratitudinis fraudem mortalem inducit. Si uero omittitur actus debitus, ſed non præceptus, venialem tantum fraudem inducit. Et ſic ſemper fraus in his illicitum vſum mortaliter, vel venialiter reddit.

¶ Ad ſecundum autem dubium dicitur, quòd religioſi, deſiſtentes a religioſis actibus, etiam præceptis, non tenentur ad reſtitutionem, ſed priuandi ſunt, ſuperioris authoritate vſu talium bonorum, ſi a præceptis deſiſtūt. Et ratio quare non tenentur ad reſtitutionem, eſt, quia peccatum eorum conſiſtit in abuſu rei ſuæ, & non in vſurpatione alieni. Bona ſiquidem eis eleemoſynaliter collata, facta iā ſunt ſua ex dono largitorum. Et propterea in litera dicitur, quòd talium donorum vſus eis illicitus redderetur. Ratio autem quare tollenda ſunt a talibus religioſis, huiuſmodi bona, in promptu eſt, vt ſcilicet ſuperioris authoritate impleatur intentio pia eorū qui donarunt ad Dei honorem, & Deo dicati reditus non prophanentur. Cap. 21. in prin. to. 3.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum ex ſimilitudine ſtipendii militaris, reſpondetur quòd ſimilitudo non tenet: quia in ſtipendio militari intelligitur interuenire contractus iuſtitiæ commutatiuæ exigentis æqualitatem mercedis & locatæ operæ militis. Et ideo ſicut in cæteris contractibus cōmutationum, deficiente altero extremo æqualitatis, reſtitutio eſt facienda, ita & in ſtipendio militari. Sed in propoſito non interuenit contractus aliquis iuſtitiæ, ſed liberalis collatio beneficii temporalis ex una parte & gratitudinis vinculum, quod nō legale, ſed morale debitum inducit ex altera parte. Et propterea ex quo a principio nulla fuit fraus, facta ſunt religioſorum, quæ eis liberaliter collata ſunt: & conſequenter abutendo illis, abutūtur non alienis, ſed ſuis. Et per hæc patet reſponſio ad confirmationem, quia ſ. ſtipendium non fit militis ſiue a principio, ſiue poſt deſiſtat a militia quantum ad illam partem temporis pro qua deſiſtit. quia datur ei vt merces operis ſecundum formā iuſtitiæ. Sed eleemoſynæ religioſis donatæ, fiunt ſtatim ſuæ, ſi a principio fraus defuit. quia non ut merces, ſed ut liberale donū ad eos deuenit. Et ideo deſiſtentes a debitis actibus, etſi peccant abutendo donis ſuſceptis, non tamen ad reſtitutionem tenentur, quia non utuntur alienis, ſed abutuntur propriis. Cap. 25. in med. tom. 9.

¶ In eodem articulo circa primam cauſam debiti. ſ. neceſſitatē, aduerte quòd neceſſitas habet magnam latitudinem. Et iuxta diuerſos ſuæ latitudinis gradus, diuerſimode facit alienum mihi debitum. Nam ſecundum ſupremum gradum, quando. ſ. neceſſitas eſt extrema, facit mihi aliena ita debita, vt quicquid mihi occurrit pro ſuſtentatione opportunum, meum ſit. Iuxta alios uero gradus debitum morale tantummodo inducit quod indigentibus infirmis debet quilibet ſciens & potens ſubuenire, eſurientes cibare, ſitientes potare &c. Et ad huiuſmodi indigentiam

ſpectant

cessitatē, quæ facit oīa cōia, vt * Ambroſius dicit. Ideo ſi religioſi neceſſitatem patiantur, licite poſſunt de eleemoſynis viuere, quæ quidē neceſſitas pōt eſſe tripliciter. Primo quidem pp corporis infirmitatem, ex qua contingit ꝙ non poſſunt ſibi labore manuū victū quærere. Secundo, ſi illud qđ ex opere manuali conquirunt, eis ad victum non ſufficiat. Vñ * Aug. dicit in libro de operibus monachorū, ꝙ bona opera fideliū ſubſidio ſupplēdorū neceſſariorum deeſſe non debent ſeruis Dei, qui manibus operantur, vt horę quibus ad expediendū aīum ita vacatur, ut illa corporalia opera geri nō poſſunt, nō opprimant egeſtate. Tertio, pp priſtinā conuerſationem eorum qui non conſueuerant manibus laborare. Vñ * Aug. dicit ī lib. de operib. monachorū, ꝙ ſi habeant aliqd in ſeculo, quo facile ſine opificio ſuſtentarent iſtā vitā, quam conuerſi ad Deū indigentibus diſpartiti ſunt, & credenda eſt eorū infirmitas, & ferenda. Solent. n. tales delicatius educati, laborē operū corporaliū ſuſtinere non poſſe. Alio mō efficitur aliquid alicui debitū ex eo quod ipſe exhibet, ſiue ſit aliquid tēporale, ſiue ſpirituale, ſ'm illud 1. ad Corin. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, nō magnū eſt, ſi carnalia ueſtra metamus: & ſecundū hoc quadrupliciter poſſunt religioſi de eleemoſynis uiuere quaſi ſibi debitis. Primo quidem, ſi prædicent authoritate prælatorum. Secūdo, ſi ſint miniſtri altaris; quia vt dr̄ 1. ad Corin. 9. Qui altari deſeruiunt, cum altari participant: ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuere. Vnde & Aug. dicit in libro de * operibus monachorum. Si Euangeliſtæ ſunt, fateor habent poteſtatem uiuendi de ſumptibus fideliū: ſi miniſtri altaris, diſpēſatores ſacrorū, bene ſibi iſtam non arrogant, ſed plane vēdicant poteſtatem: & hoc ideo, quia ſacrificium altaris, ubicumque agatur, cōe eſt toti populo fidelium. Tertio, ſi inſtant ſtudio ſacræ ſcripturæ ad cōem utilitatem totius Eccleſię. Vnde Hieronymus dicit cōtra Vigilantiū. Hæc vndiq; uſq; hodie perſeuerat conſuetudo non ſolū apud nos, ſed ēt apud Hebræos, ut qui in lege Dñi meditantur die ac nocte, & patrē non habent in terra niſi ſolum Deū, totius orbis foueantur miniſteriis. Quarto, ſi bona tpalia quæ habebant, monaſterio largiunt, de eleemoſynis monaſterio factis poſſunt uiuere. Vnde * Aug. dicit in libro de operibus monachorum, ꝙ his qui relicta, uel diſtributa ſiue ampla, ſiue qualicūque opulentia, inter pauperes Chriſti pia & ſalubri humilitate numerari uolunt, uicem ſuſtentandæ uitæ eorum res ipſa cōis & fraterna charitas debet: qui laudabiliter agunt, ſi manibus operentur: quod ſi nolint, quis audeat eos cogere? Nec eſt attendendū, ut ibidem ſubditur, in quibus monaſteriis, vel in quo

ſpectāt omnes tres neceſsitatis gradus in litera poſiti, ex infirmitate corporis, ex inſufficientia mercedis & ex corporis delicata cōſuetudine. Quod oībus his uim debiti tribuere neceſsitatē, manifeſtat author ex eo, ꝙ in sūmo gradu oīa vt cōia debita facit.

¶ Circa ſecundam vero debiti cauſam, ſcilicet exhibitionem, nota tria. Primum eſt, quòd non ſolum exhibere prædicationem, aut ſacramenta populo, ſed etiam exhibere Deo ſacrificium altaris, parit debitum viuendi ex eleemoſynis. Et ratio aſsignatur in litera, quia ſacrificium altaris vbicumq; agatur, commune eſt toti populo fideli: ac per hoc clauditur hic actus intra exhibitionem, quæ populo fit. Secundum eſt, quòd inſiſtere ſtudio nō philoſophię, aut alicuius liberalis artis, ſed theologiæ, parit etiam debitum ex eleemoſynis uiuendi. Dicitur autem vacare ſtudio theologiæ non ſolū qui actualiter ſtudio theologię intendit, ſed qui ideo per logicam, vel philoſophiam tranſit, vt ad theologiæ ſpeculatiuæ ſublimitatem perueniat, ſi tamen ad hoc idoneus eſt: alioquin imprudenter per talem viam ingreditur. Tertium eſt, ꝙ omnium Chriſtianorum vna eſt reſpublica quo ad ſubſidii temporalis diſtributionem, ſicut quo ad ſpiritualium meritorum communionem. Hinc enim ex Auguſtino deducitur, ꝙ religioſo qui donauit ſua monaſterio orientali, debeantur ſumptus a monaſterio occidentali. Hinc oritur vt ſummus Pontifex a quantumcumq; remotiſsimis partibus Eccleſiæ auferre poſſit & diſtribuere in alias Eccleſiæ partes remotiſsimas. Hinc oritur, ꝙ reſtitutio vni Eccleſiæ regulariter facienda, poſsit ex rationabili cauſa ſuperioris authoritate alteri pio vſui applicari.

Ca. 22. to. 3.

Cap. 25. non procul a fine tom. 3.

Glo. ordinaria ibidem.

¶ In eodem articulo circa illud, Si uero abſque neceſsitate & utilitate quā afferant, velint otioſi viuere aliqui religioſi de eleemoſynis, quæ monaſterio dantur, hoc eſt eis illicitum, dubiū occurrit duplex: quia non videntur enumeratæ in litera conditiones religioſorum illicite viuentium ex eleemoſynis ſufficere ad hoc, ut illicite viuant ex eleemoſynis monaſterii, & ſic concluſio literæ eſt falſa. Manifeſtatur quod dicimus in multis religioſis ſanis ac robuſtis corpore, non prædicantibus, nō celebrantibus, non inſiſtentibus ſtudio ſacræ ſcripturæ, qui nec ſua contulerūt monaſterio alicui, aut pauperibus, & tamen uiuunt ex eleemoſynis monaſterio collatis. Secundo dubitatur, de quali illicito litera loquatur, de ueniali, an mortali.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd in litera ſufficiens ratio illi-

F citi victus ex eleemoſynis monaſterii redd[...] tionibus deſcribuntur tales religioſi. [...] non afferentes vtilitatem, & otioſi, hoc eſt [...] bus, ſi ſub directe expreſsis cointelligantur [...] illa ſpectant. Nam ſub allata vtilitate [...]

loco indigētibus fratribus quiſquis hoc, quod habebat, impenderit. Oīum.n. Chiſtianorū vna reſpublica eſt. Si uero aliqui ſunt religioſi, qui abſq; neceſſitate & vtilitate, quā afferāt, velint otioſi de eleemoſynis quæ dantur pauperibus, uiuere, hoc eſt eis illicitum. Vnde* Aug. dicit in lib. de operibus monachorū. Plerūq; G ad profeſſionē ſeruitutis Dei ex cōditione ſeruili aliqui veniūt, vt ex uita ruſticana, & ex opificū exercitatione & plebeio labore, de quibus non apparet vtrū ex propoſito ſeruitutis Dei ueniāt, an vitā inopem & laborioſam fugientes, uacui paſci atq; veſtiri uelint, & inſuper honorari a quibus contemni conteriq; cōſueuerunt. Tales ergo ſe, quo minus operent̄, de infirmitate corporis excuſare non poſſunt. Præteritæ quippe vitæ cōſuetudine H conuincunt̄. & poſtea * ſubdit: Si nolunt operari, nec manducent. Neq; ꝓpea ad pietatē diuites humiliant̄, ut pauperes ad ſuperbiā extollant̄. Nullo.n. modo decet vt in ea uita, ubi ſenatores fiunt laborioſi, fiant opifices otioſi, & quo ueniūt relictis deliciis ſuis qui fuerunt pręditorū domini, ibi ſint ruſtici delicati.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ authoritates illæ ſunt intelligendæ tpe neceſſitatis, qñ.ſ. non poſ I ſet aliter pauperibus ſubueniri. Tunc.n. tenerentur non ſolū ab eleemoſynis accipiēdis deſiſtere, ſed etiam ſua, ſi qua haberēt, largiri ad pauperum ſuſtentationem.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ prælatis cōpetit p̄dicatio ex officio: religioſis aūt pōt competere ex cōmiſſione. Et ita cū laborāt in agro dñico, poſſunt exinde uiuere, ſ̄m illud 2. ad Tim. 2. Laborantē agricolā oportet primum K de fructibus ꝑcipere. Vbi dicit * gloſſ.ſ. prædicatorē, qui in agro

Eccleſiæ ligone verbi Dei excolit corda auditorum, poſſunt ēt de Euangeliis uiuere, qui prædicatoribus miniſtrant. Vn̄ ſuper illud ad Rom. 15. Si ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. dicit * gloſſ.ſ. Iudæis, qui miſerunt prædicatores ab Hieroſolymis. Sunt & aliæ cauſę, ex quibus alicui debetur, ut de ſumptibus fidelium viuat, ut * dictum eſt.

Ad tertivm dicendū ꝙ cęteris paribus, dare eſt perfectius q̄ accipere: & tn̄ dare, uel relinquere omnia ſua pro Chriſto, & modica accipere ad ſuſtentationem uitæ, melius eſt quàm dare aliqua particulariter pauperibus, ut ex * ſupradictis patet.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ accipere munera ad diuitias augmentandas, uel accipere uictum ab aliquo ſibi non debitū abſq; utilitate & neceſſitate, præſtat occaſionem peccati, quod non habet locum in religioſis, ut ex * ſupradictis patet.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ qñ apparet manifeſta neceſſitas & utilitas, ꝑp quā aliqui religioſi de eleemoſynis uiuant abſque opere manuali, non ſcandalizātur ex hoc infirmi, ſed malitioſi more Phariſæorum, quorū ſcādalum contemnēdum Dn̄s docet, Matt. 15. Sed ſi non eſſet euidens neceſſitas & utilitas, poſſet exinde generari ſcandalum infirmis, quod eſſet uitandum. Idem tamen ſcandalum imminere poteſt de his, qui facultatibus communibus otioſe utuntur:

Articvlvs V.

*Vtrum religioſis liceat mendicare.*

AD qvintvm ſic procedit. Vī ꝙ religioſis non liceat mendicare. Dicit.n. * Aug. in lib. de operibus monach. Tā multos hypocritas ſub habitu monachorum uſquequaque diſperſit cal-

eleemoſynis, ſed ex cōibus. Videtur enim hoc [...] uerſariorum impugnantium religiones [...] uiter tunc exortas.

¶ *Super Quæſtionis 187 Articulum quintum.*

IN ar. 5, occurrit dubium de Chriſto, An [...] cus. Et eſt ratio dubii, quia gloſſ. alla hoc dic[...] tur illa tamquàm Chriſtus ad literam mendica[...] eſt, quia non legitur Chriſtum mendicaſſe: & [...] tarie dici apparet quòd Chriſtus mendicauerit.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ex his quæ ſcripta in Euangelio [...] intelligi pōt ꝙ Dominus Ieſus nō eſt dedignatus [...] pria perſona mendicare, iuxta gl. allatam, & H[...] ritatem. Nam Lucæ. 22. mendicauit locū ubi Paſcha [...] celebraret, Lucæ quoq; 19. Mendicauit aſellum, [...]

lidiſſimus hoſtis, circumeuntes prouincias.& poſtea ſubdit. Oēs petūt,oēs exigūt aut ſumptus lucroſę egeſtatis,aut ſimulatæ pretiū ſanctitatis.ergo vr̄ ꝙ vita religioſorū mēdicātiū ſit repbāda.

¶ 2 Præt.1.ad Theſſ.dr̄. Operemini manibus veſtris ſicut pcepimus vobis, & vt honeſte ambuletis ad eos q foris ſunt,& nullius aliqd deſideretis: vbi dicit † gloſſ.Iō opus eſt agendū, & non otiandū,qa honeſtū eſt & quaſi lux ad infideles,& nō deſiderabitis rē alterius, nedū rogetis, vel tollatis aliqd.Et 2.ad Theſſ.3.ſup illud,Si qs nō vult operari &c.* dicit.Vult ſeruos Dei corporaliter operari,vt habeāt vn̄ viuant, vt nō cōpellant egeſtate neceſſaria petere:ſed hoc eſt mēdicare. ergo vr̄ ꝙ illicitū ſit prætermiſſo opere manuali mendicare.

¶ 3 Præt.Illud qđ eſt in lege prohibitū,& iuſtitiæ contrariū,non cōpetit religioſis: ſed mēdicare eſt phibitū in lege diuina. dr̄.n. Deut.15.Oīno indigēs, & mēdicus non erit inter vos. & in Pſ. 36.Non vidi iuſtū derelictū,nec ſemē eius quærēs panē.Secūdū ēt iura ciuilia punit ualidus mēdicans,vt * hr̄ codice de ualidis mendicantibus.ergo non competit religioſis mendicare.

¶ 4 Præt.Verecundia eſt de turpi actu vt * Dam. dicit: ſed * Amb.dicit in li.de offic.ꝙ verecūdia petendi ingenuos prodit natales.ergo mendicare eſt turpe.nō ergo religioſis competit.

¶ 5 Pręt.Maxime de eleemoſynis viuere cōpetit pdicantibus euangeliū, ſm Dn̄i ſtatutū,vt * ſupra dictū eſt:eis tn̄ nō cōpetit mēdicare, quia ſuper illud 2. ad Tim.2. Laborātē agricolā &c. dicit * gloſſ. Vult Apoſtolus ꝙ Euangeliſta intelligat quòd neceſſaria ſumere ab eis in quibus laborat,non eſt mendicitas, ſed poteſtas. ergo videtur quòd religioſis non competat mēdicare.

Sed contra Religioſis competit uiuere ad imitationē Chriſti. ſed Chriſtus mendicauit,ſecundum illud Pſal.39.Ego autem mendicus ſum & pauper ubi dicit * gloſ. Hoc dixit Chriſtus de ſe ex forma ſerui.& infra. Mendicus eſt qui ab alio petit, & pauper qui ſibi non ſufficit. & in alio Pſal.69. Ego egenus & pauper ſum,ubi dicit * gloſ.Egenus.i.petēs:pauper,ideſt,inſufficiens mihi,qa mundanas copias non habeo. & Hieron. dicit in quandā epiſtola. Caue ne Dn̄o tuo mendicante.ſ.Chriſto, alienas diuitias congeras.ergo cōueniens eſt religioſis mendicare.

Respon. Dicendum,ꝙ circa mendicationē duo poſſunt cōſiderari,unū quidē ex parte ipſius actus mendicationis, qui habet ſibi quandā abiectionē coniunctā.Illi.n.uident abiectiſſimi inter hoīes eſſe,qui non ſolū ſunt pauperes,ſed intantū ſunt egentes, ꝙ neceſſe hn̄t ab alijs uictū accipere.Et ſm hoc cauſa humilitatis aliqui laudabiliter mendicāt,ſicut & alia aſſumūt,quæ ad abiectionē quandā pertinent, quaſi efficaciſsimā medicinā cōtra ſuperbiā,quam uel in ſeipſis, uel ēt in alijs p exēplū extinguere uolunt. Sicut.n.infirmitas, q̄ eſt ex ſuperexceſſu caloris,efficaciſsime ſanatur p ea quæ in frigiditate excedūt:ita ēt pronitas ad ſuperbiā efficaciſsime curatur p ea quæ multū abiecta uident. Et iō dr̄ in * Decr. de penitēt d. 2.Si quis ſemel exercitio humilitatis: ſi qs ſe uilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indigníoribus tradat: ita nāq; arrogantiæ & humanæ gloriæ uitiū curari poterit. Vn̄ * Hieron.in epiſtola ad Oceanū commendat Fabiolā de hoc ꝙ optabat, ut ſuis diuitijs pariter effuſis pro Chriſto, ſtipem acciperet. quod etiam beatus Alexius perfecit,qui omnibus ſuis propter Chriſtum di-

in Hieruſalē. Nā ab illius dn̄is petitus eſt dicēdo, qa dn̄s illius operā deſiderat. Lucæ quoq; 1.mēdicaſſe inſinuauit victū a mulieribus q̄ ſecū ibant,miniſtrātes eidē de facultatibus ſuis.Nā ip ſum induxiſſe illas ad hoc miniſteriū.credendū eſt, Lucæ quoq; 19. mendicaſſe legitur a Zachæo hoſpitiū. Vt.n. patet in litera, pauperem petere neceſſariū ad victū eſt mēdicare. Ex his aūt ſcriptis, cum multa Dn̄s fecerit quæ non ſunt ſcripta,credi rōnabiliter pōt multis alijs vicib. dn̄m mēdicaſſe, vt impleret ſcripturam. Ego aūt mēdicus ſum, vt nullū relinqueret vilitatis humanę genus inexpertū a ſe,ut exemplū cæteris relinqueret tātæ humilitatis.

¶ In eodē art.5. eiuſdē q.dubiū occurrit, An laudabile,ſeu licitum ſit hoiem diuitē retētis diuitijs ad tēpus, mendicare victū propriū humilitatis gratia. Et eſt ratio dubii, qm̄ apparet hoc vituperabile: qa mendicus debet eſſe pauper iuxta illud. Ego aūt mendicus ſum & pauper, vbi gloſſ.dicit, Mendicus dr̄ qui ab alio petit, pauper qui ſibi non ſufficit. Mendicans ergo diues inuenitur faciendo ſe pauperē, quod eſt illicitum.

¶ In oppoſitū autem eſt, quia ſicut diuiti licitum eſt alia humilitatis opera exercere: ita laudabiliter poteſt perſonam pauperis aſſumere, & mendicare. Dr̄.n.in litera, ꝙ mendicare quantū ad actū qa abiectionis eſt,humilitatis virtuti tribuit r. Cuius ēt ſignū eſt ꝙ aliqui diuites vouent peregrinationē aliq̄ ſe peracturos mēdicando, qđ nō vouerent niſi laudabilē humilitatis actū ſe vouere ſcirēt.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ diuitē humilitatis gratia ad tp̄s mendicare,cōtingit tripliciter. Primo abſolutè, vt non ſolum mendicet, ſed de acquiſito ex mendicitate viuat, vt actus mēdicadi ſit ob abiectionē,& actus veſcēdi talibus ſit pp auſteritatem victus, & hmōi mendicitas licet poſsit eſſe utilis ſaluti aīæ alicuius particularis perſonæ ſic diſpoſitæ,vt non niſi iſto modo ſciat has virtutes acquirere, regulariter tn̄ loquendo,incompacta ac indiſcreta mendicitas eſt, ac per hoc vituperabilis. Mendicum.n.proprie oportet eſſe pauperē,alioquin actus diſſonat a perſona. Debet.n.humilitatis actus conformis eſſe perſonæ, nec rectitudo diſcretionis habet vt auſteritatem vitæ diues ex his quæ pauperibus dantur, comparet, niſi forte ipſe longe largius refunderet pauperibus. Secundo cōtingit,vt non ſolū mendicet, ſed non viuat de mendicato,ſed illud egens det,& ſic mēdicare laudabile proculdubio eſt:qm̄ cū abiectione propria victū uere pauperi quærit diues, & perinde eſt quo ad mēdicatū,ac ſi mendicaret pro alio. Quod cuilibet licitū eſt,& opus cōſtat eſſe miſericordiæ. Tertiò,contingit, vt in aſſumpta peregrinatione & mēdicet,& viuat de mēdicato,& ſic licitū & laudabile eſt diuitē mendicare. Quod probat,tum quia quod in propria poteſtate conſiſtit, & pōt alicui dari in pęnitentiā,licite ac laudabiliter pōt ſponte fieri,cū nihil tale detur in pęnitētiā niſi actus virtutis. Sed aliquibus datur in pęnitentiā, vt peregrinentur mendicātes.ergo propria ſponte pōt quis peregrinari mendicando: Tum quia huic actui nihil obſtat niſi quòd iſte hō non eſt pauper, ſed diues. Sed hoc nō obſtare patet ex eo, ꝙ licet iſte hō ſit diues, iſte tn̄ peregrinus eſt pauper, ac per hoc licite mendicat. Nā præſupponit ꝙ iſte ſine ſumptibus aſſumat peregrinationē & peragat, ita ꝙ ſicut Alexius ſimpliciter dimiſit omnia pp Chriſtum,& pauper peregre mēdicauit:ita iſte ad tp̄s dimiſſis oībus pp Chriſtum humiliter & auſtere ſequēdū, peregrinari pauper ac mēdicus eligit. Et p hoc patet ſolutio ad obiectionē. Nā qa eſt peregrinus paup, nō mētit facto dū mēdicat.

¶ In eodē quinto articulo dubium occurrit circa mēdicos ex cupiditate, an peccēt mortaliter. Vr̄.n. ꝙ ſic ex eo, ꝙ committunt mendaciū pernicioſum dū mentiuntur ſe pauperes ipſo actu mendicandi, & ſic fraudulenter obtinent eleemoſynas,& offendunt vere pauperes, quibus illæ eleemoſynæ darētur. Qui enim fraudulēter acquirit,mortaliter peccat & ad reſtitutionē tenetur. Et confirmat ex dicto Scoti in 2.q. d.15.quarti ſenten. ꝙ hmōi donatio eleemoſynæ non eſt voluntaria quia ex ignorātia, quæ vt patet in 3. Ethic. cauſat inuoluntariū. Si enim donans ſciret mendicantem non eſſe pauperem, non daret. Ex ignorantia igitur donat ac per hoc non donat,& conſequenter inique alter poſsidet,

¶ In oppoſitum aūt eſt, quia mendicare ex ſuo genere non eſt peccatum,& adiuncta cupiditas non eſt ſecundū ſe mortalis, vt ſupponitur.ergo totum ſimul,ſ.actus mendicandi ex tali cauſa, ſ. cupiditate, non eſt peccatum mortale. Probatur ſuppoſitum: quia cupiditas habendi diuitias, & ſimiliter cupiditas otioſi victus non eſt ſecundum ſe mortalis ut patet. Et de nulla alia cupiditate eſt ſermo præſens, niſi de vtraque hac, ut patet in litera.

¶ Ad hoc rn̄detur dicendo tria. Primò ꝙ mēdicās ex cupiditate otioſi victus,ex quo in veritate eſt pauper,nullā fraudē cōmittit in proximū,ſed ſolū peccat in ſeipſum, otioſam vitā & abiectā abſq; vlla rōnabili cauſa eligens:& propterea nulla eſt hic ratio peccati mortalis. Nec ēt propter pœnam legis ciuilis, ſcilicet,

Eſt gloſſ. Caſſiodo. hoc loco.

Caſſiod. ibidem.

In decretis de pænitẽ. cap. Si quis ſemel.

Inter med. & finē illius incipit, Plures anni ſūt. tom. 1.

quia huiuſmodi pœna non facit, ſed ſuppoſitam punit culpam, quæ de ſe non eſt mortalis. Secundò, quòd mendicans ex cupiditate habendi diuitias, ſi eſt infra latitudiné pauperum & mendicando ſperat diues fieri, peccat quidem dem indebito medio vtens ad explendum improbum appetitum: ſed quoniá nec contra charitaté Dei, aut proximi agit, neminemque decipit, ex quo infra latitudinem pauperum eſt, quàmuis nõ tam pauper ſit vt deberet mendicare, a mortali excuſatᷣ peccato. Tertiò, quòd mendicus ex cupiditate diuitiarum ſi extra pauperum latitudinem eſt, peccat mortaliter, & tenetur mendicatum dare pauperibus. Probatur. Talis vſurpat fraudulēter ſibi eleemoſynas datas ut pauperi. ergo peccat mortaliter, & tenetᷣ pauperi reſtituere. Conſequentia clara eſt, & antecedēs probatur ſic. Nõ ſibi ſed pauperi dantur eleemoſynæ, quas mendicat, & ipſe ſibi vſurpat eas. ergo. Manifeſtantur aſſumpta intuendo, ꝙ cum quis donat eleemoſynam mendico diuiti & cupido, ex parte mendici inuenitur non ſola cupiditas, ſed mendacium, quod facto dicit, dum mēdicando pro ſe fatetur ſe pauperem, cū mendicare actus ſit egentis aliena ope. Hoc autem mendacio primo decipit dãtem eleemoſynã, & facit donationem eleemoſynæ inuoluntariam, inquantum terminatur donatio ad hunc mendicum. Nam licet donans, ſponte donet, ex ignorantia tamen facti qua decipitur ab iſto mendicãte, prouenit ꝙ det huic profitenti facto ſe pauperé. Et propterea huic mendico non pauperi non acquiritur dominium illius eleemoſynæ. Donatio enim inuoluntaria quantum ad id quo eſt inuoluntaria, nõ eſt donatio. Secũdò fraudat pau-

In corp. art.

miſſis, gaudebat ſe etiam a ſeruis ſuis eleemoſynas accepiſſe. Et de B. Arſenio legitur in uitis Patrum, ꝙ gratias egit de hoc, ꝙ neceſſitate cogente oportuit eum eleemoſynam petere. Vnde & in pęnitentiã pro grauib. culpis iniungitur aliquib. ut peregrinentᷣ mendicantes. Sed qa humilitas, ſicut & cęteræ uirtutes, abſq; diſcretione eſſe nõ debet: ideo oportet diſcrete mēdicitatē ad humiliationē aſſumere, ut ex hoc homo notã cupiditatis non incurrat, uel cuiuſcūque alterius indecētis. Alio modo, pōt conſiderari mendicitas ex parte eius qđ quis mēdicãdo acquirit, & ſic ad mendicandū pōt homo ex duob. īduci. Vno modo, ex cupiditate habēdi diuitias, vel uictum otioſe: & talis mēdicitas eſt illicita. Alio modo, ex neceſſitate, vel vtilitate. Ex neceſſitate quidē, ſicut cum aliquis non pōt aliunde hr̄e uñ uiuat, niſi mendicet. Ex vtilitate aũt, ſicut cū aliquis intendit ad aliquid utile perficiendū, quod ſine eleemoſynis fideliū facere non pōt: ſicut petūtur eleemoſynæ pro conſtructione pōtis, vel eccleſię, uel quibuſcumque operib. q̄ uergunt in vtilitatem cõem, ſicut ſcholares, vt poſſint uacare ſtudio ſapientiæ. Et hoc modo mēdicitas eſt licita ſicut ſæcularibus, ita religioſis.

Ad primum ergo dicē dū, ꝙ Auguſ. ibi loquitur expreſſe de his q ex cupiditate mendicant.

Ad secundum dicēdum, ꝙ prima gloſſa loquitur de petitione quę fit ex cupiditate, ut patet ex uerbis Apoſtoli. Alia aũt gloſſa loquitᷣ de illis, qui abſque omni utilitate quam faciunt, neceſſaria petunt, ut otioſi uiuant. Non autem ocioſe uiuit, qui qualitercūq; utiliter uiuit.

Ad tertium dicēdum, ꝙ ex illo p̄cepto legis diuinæ nõ ꝓhibetᷣ alicui mēdicare: ſed ꝓhibetᷣ diuitib. ne tam tenaces ſint, ut pp hoc aliqui egeſtate mēdicare cogantur. Lex autē ciuilis imponit pęnã ualidis mendicãtib. qui non propter utilitatem, uel neceſſitatem mendicant.

Ad quartum dicendum, ꝙ duplex eſt turpitudo, una inhoneſtatis, alia exterioris defect⁹: ſicut turpe eſt homini eſſe infirmū, uel pauperē. Et talis turpitudo mendicitatis non pertinet ad culpam, ſed ad humilitatem pertinere poteſt, ut * dictū eſt.

Ad quintum dicendū, ꝙ p̄dicantib. ex debito, debetur victus ab his qb. p̄dicant. Si tñ nõ quaſi ſibi debitū, ſed gratis dandū mendicando petere uelint, ad maiorē humilitatē pertinet.

F G H I K

## Articvlvs VI.

*Vtrum liceat religioſis vilioribus veſtibus uti quàm cæteri.*

Ad sextum ſic proceditur. Vrᷣ ꝙ nõ liceat religioſis, uiliorib. ueſtib. uti, q̄ cęteri: qa ſ͠m Apoſt. 1. ad Theſ. ult. Ab oi ſpecie mala abſtinere debem⁹: ſed uilitas ueſtiū habet ſpeciē mali. dicit. n. Dñs Matth. 7. Attēdite a falſis prophetis, q ueniūt ad uos in ueſtimētis ouium. & ſuper illud Apoc. 6. Ecce equus pallidus &c. dicit * glo. Videns diabolus nec per apertas tribulationes, nec ꝑ apertas hæreſes ſe poſſe proficere, p̄mittit falſos fratres, qui ſub habitu religionis obtinent naturam nigri & rufi equi peruertendo fidem. ergo uidetur quòd religioſi non debeant uilibus ueſtibus uti.

¶ 2 Pręt. * Hie. dicit ad Nepotianū. Veſtes pullas. i. nigras ęquè uita ut cãdidas. Ornatus & ſordes pari mõ fugiēdi ſunt: qa alterū delitias, alterū gloriã redolet. ergo urᷣ ꝙ cū inanis gloria ſit grauius peccatū, q̄ delitiarū uſus, ꝙ religioſi q debēt ad pfectionē tendere, magis debeant uitare ueſtes uiles, quã p̄tioſas.

¶ 3 Pręt. Religioſi maxime ītēdere debent operib. penitentię: ſed in operib. penitētiæ nõ eſt utendū exteriorib. ſignis triſtitię, ſed magis lętitiæ ſignis. dicit. n. Dñs Matthei 6. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. & poſtea ſubdit. Tu autē cū ieiunas, unge caput tuum, & faciē tuam laua. Qđ exponens * Aug. in lib. de ſermone Dñi in mõte dicit. In hoc capitulo maxime aduertendū eſt nõ in ſolo rerū corporearum nitore atq; põpa, ſed ēt ī ipſis ſordib. luctuoſis eſſe poſſe iactantiam, & eò periculoſiorem, quò ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. ergo uidetur quod religioſi non debeant uilioribus ueſtibus indui.

Sed contra eſt, qđ ad Heb. 11. Apoſtolus dicit. Circuierūt in melotis, & in pellib. caprinis. gl. ut Helias & alij. Et in * Decretis 21. q. 4. dr̄, Si inuēti fuerint deridentes eos, qui vilib. & religioſis ueſtibus amicti ſunt, corrigantur. Priſtinis enim temporib. omnis ſacratus uir cū mediocri ac uili ueſte cõuerſabat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A Respon. Dicendum, quòd ſicut * Aug. dicit in 3. de doctr. Chriſt. In omnibus exteriorib. rebus nõ uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt. Ad quã diſcernendam attendendum eſt, ꝙ habitus uilis & incultus dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo, prout eſt ſignum quoddam diſpoſitionis, uel ſtatus humani: quia ut dicitur Eccleſiaſt. 19. Amictus hominis annuntiat de eo: & ſecundum hoc uilitas habitus eſt quãdoque ſignum triſtitiæ. Vnde & homines in triſtitia exiſtentes ſolent uilioribus ueſtibus uti, ſicut ecõuerſo in tempore ſolemnitatis, & gaudij utuntur cultioribus ueſtimẽtis. Vnde & pœnitentes uilibus ueſtibus induunt, ut patet Ionę 3. B de rege, qui indutus eſt ſacco: & tertij Regum 21. de Achab, qui operuit cilicio carnem ſuã. Qñque uerò eſt ſignum contemptus diuitiarum, & mundani faſtus. Vnde * Hieronymus dicit ad Ruſticum monachum. Sordes ueſtium candidæ mentis indicia ſunt: uilis autem tunica contemptum ſęculi ꝓbat, ita duntaxat ne animus tumeat, nec habitus ſermoque diſſentiat. Et ſecundum utrunque horum competit religioſis uilitas ueſtium: quia religio eſt ſtatus pœnitentiæ, & contemptus mundanæ gloriæ. Sed ꝙ aliquis uelit hoc alijs ſignificare, cõtingit propter tria. Vno modo, ad ſui humiliationem. Sicut n. ex ſplendore ueſtium animus hominis eleuatur, ita ex humilitate ueſtium humiliatur. Vnde de C Achab, qui carnẽ ſuã cilicio induit, dicit Dominus ad Heliam: Nonne uidiſti Achab humiliatum coram me, ut habetur tertij Regum 21. Alio modo, propter exemplum aliorũ. Vnde ſuper illud Matthęi 3. Habebat ueſtimentũ de pilis camelorũ &c. dicit gl. Qui pœnitentiam prædicat, habitum pęnitentiæ prætendit. Tertio mõ, propter inanẽ gloriã, ſicut * Aug. dicit, quòd in ipſis ſordib. lutuoſis poteſt eſſe iactantia. Duobus ergo primis modis laudabile eſt abiectis ueſtibus uti. Tertio uerò mõ uitioſum eſt. Alio modo poteſt cõſiderari habitus uilis & incultus ſecundum quod procedit ex auaritia, uel negligentia, & ſic etiam ad uitium pertinet.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ uilitas ueſtium de ſe non habet ſpeciem mali, immo potius ſpeciẽ D boni, ſ. contemptus mundanæ gloriæ. Et inde eſt, ꝙ mali ſub uilitate ueſtium ſuam malitiam occultãt. Vnde * Auguſ. dicit in lib. de ſermone Domini in monte, ꝙ non ideo debent oues odiſſe ueſtimentum ſuum, quòd plerunque illo ſe occultant lupi.

Ad II. dicendũ, ꝙ Hieronymus ibi loquitur de ueſtibus uilibus, quæ deferuntur propter humanam gloriam.

Ad III. dicendum, ꝙ ſecundum doctrinam Domini, in operibus ſanctitatis nihil homines facere debent propter apparentiam, quod præcipue contingit quando aliquis aliquid nouum facit. Vnde * Chryſ. dicit ſuper Mat. Orans nihil nouum faciat, quod aſpiciant homines, uel clamando, uel pectus percutiendo, uel manus expandẽdo, quia ſ. ex E ipſa nouitate homines reddunt intentos ad conſiderandũ. Nec tñ omnis nouitas intẽtos faciens homines ad cõſiderandũ reprehenſibilis eſt. Põt n. & bene, & male fieri. Vñ * Auguſ. dicit in lib. de ſerm. Dñi in monte, ꝙ qui in profeſſione Chriſtianitatis inuſitato ſqualore & ſordibus, intẽtos in ſe oculos hominũ facit, cũ illud uolũtate faciat, nõ neceſſitate patiat̃, cæteris eius operib. põt cognoſci utrũ hoc cõtẽptu ſuperflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Maxime aũt uidẽtur hoc non ex ambitione facere religioſi, qui habitũ uilẽ deferũt, quaſi ſignũ ſuæ profeſſionis, qua cõtemptũ mundi profitẽtur.

## Qvaestio CLXXXVIII.

*De differentia religionum, in octo articulos diuiſa.*

Deinde conſiderãdũ eſt de differẽtia religionũ. Et circa hoc q̃rũt octo.

¶ Primò, Vtrum ſint diuerſæ religiones, uel una tantum.

¶ Secundò, Vtrum aliqua religio inſtitui poſſit ad opera uitæ actiuæ.

B ¶ Tertiò, Vtrum aliqua religio poſſit ordinari ad militandũ.

¶ Quartò, Vtrũ poſſit ĩſtitui aliqua religio ad pręedicandũ, & huiuſmodi opera exercenda.

¶ Quintò, Vtrũ poſſit aliqua religio inſtitui ad ſtudiũ ſcientiæ.

¶ Sextò, Vtrum religio quæ ordinatur ad uitam contemplatiuam, ſit potior ea quæ ordinatur ad uitam actiuam.

¶ Septimò, Vtrum habere aliq̃d in communi diminuat de ꝑfectione religionis.

C ¶ Octauò, Vtrũm religio ſolitariorum ſit pręferenda religioni in ſocietate uiuentium.

### Articvlvs primvs.

*Vtrum ſit tantum una religio.*

Ad primvm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ non ſit niſi una tãtũ religio. In eo. n. quod totaliter, & perfectè hr̃, diuerſitas eſſe nõ poteſt, ꝓp quod nõ p̃t eſſe niſi unũ primũ ſummũ bonũ, ut in * 1. habitũ eſt: ſed ſicut * Greg. dicit ſup D Ezechielẽ, cũ qs oẽ quod habet, oẽ qđ uiuit, oẽ quod ſapit, omnipotenti Deo uouerit, holocauſtum eſt, ſine quo religio eſſe nõ dicitur. ergo uidet̃ ꝙ religiones non ſint multę, ſed una tantum.

¶ 2 Præt. Ea quæ in eſſentialibus conueniunt; non diuerſificãtur niſi per accidens: ſed ſine tribus uotis eſſentialibus religionis nõ eſt aliqua religio, ut * ſupra habitum eſt. ergo uidetur quòd ipſæ religiones ſpecie non diuerſificentur, ſed ſolum per accidens.

E ¶ 3 Præt. Status ꝑfectionis cõuenit & religioſis & epiſcopis, ut * ſupra habitũ eſt: ſed epiſcopatus non diuerſificatur ſpecie, ſed eſt unus ubicunq; fuerit. Vñ * Hier. dicit ad † Alexãdrũ epm̃. Vbicũque fuerit epiſcop⁹ ſiue Romæ, ſiue Eugubio, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegio, eiuſdem meriti eſt, eiuſdem & ſacerdotij. ergo pari ratione una ſola eſt religio.

¶ 4 Præt. Ab Eccleſia tollendum eſt omne id, quod cõfuſionẽ i-

**¶ Super Quæſtio. 188. Artic. primum.**

In ar. 1. q. 188. aſpice in corpore art. quòd perfectio charitatis q̃ eſt religionis finis, q̃uis principaliter cõſtat in actu interiori charitatis, qa tñ per exteriores actus charitatis diffunditur, finis religionis diuerſificatur nõ ſolũ penes diſtinctionem dilectionis Dei, uel proximi: ſed etiã penes diuerſitatem actuũ exteriorũ, quibus diligitur proximus, ut ſunt diuerſa opera miſericordiæ. Et propterea in litera diuerſitas religionum ex parte diuerſitatis finis declarat̃ ex diuerſitate operũ miſericordiæ, dũ dicitur. Si una ad hoſpitalitatem, alia ad redimendos captiuos &c. ordinetur.

¶ In eodem ar. in reſpõſione ad quartũ, dubiũ occurrit. An ſine licentia apoſtolicæ ſedis inſtituẽtes ut aliquę ꝑſonę collegialiter uiuentes in cõmuni, iuxta regulas perſonarũ tertij habitus profiteantur tria uota. ſ. caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, ſint inſtitutores nouę religionis, & conſequenter peccent, ac puniẽdi ſint ut inſtitutores nouæ religionis abſq; licẽtia apoſtolica. Et eſt rõ dubij, quia collegium ſic profitentiũ eſt collegiũ religioſarum perſonarũ, ac per hoc eſt ibi aliqua una religio. Oĩs. n. ꝑſona religioſa, eſt aliqua religione religioſa: ſed nõ eſt ibi aliqua antiqua religio, ut patet, ergo eſt ibi noua religio, ac ꝑ hoc eius ĩſtitutio eſt inſtitutio nouæ religiõis. In oppoſitũ ẽ, qa inſtituẽtes, & ſeruantes hæc ſine ulla apoſtolica licẽtia, arbitrant̃ ſe magnũ obſequiũ p̃ſtare Deo, & uiri religioſi ñ ignorãtes, omniq; ueneratione digni apparẽt.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia pœnæ nõ ſunt extẽdẽdæ, iõ in huiuſmodi inhibitionib. proprietas uidetur ſeruanda nominum. Et ideo cũ appellatione religionis ꝓpriè intelligatur ſtatus ꝑſonarũ, tria uota ſolem-

Inf. ar. 6. corpo.

Q. 6. art. 2. 3. & 4.

* Hom. 20. inter med. & finem.

Q. 186. ar. 6. & 7.

Q. 184. ar. 5. & 7.

* Refertur di. 23. c. Legimus, a medio. Ex Hiero. in epiſt. ad Euagriũ a medio illius: incipit, Legimus in Eſa. tom. 3. Alias Euandrum.